

Forgotten Books

— www.forgottenbooks.com —

Copyright © 2016 FB &c Ltd.

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

BABRII

FABVLAE AESOPEAE

RECOGNOVIT

PROLEGOMENIS ET INDICIBVS INSTRVXIT

OTTO CRVSIVS,

ACCEDVNT

FABVLARVM DACTYLICARVM ET IAMBICARUM RELIQVIAE

IGNATII ET ALIORVM TETRASTICHA IAMBICA,
RECENSITA A CAROLO FRIDERICO MVELLER



322244
14 12. 35

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCV¹I

PA
3941
A2
1897

LIPSIÆ: TYPIS B. G. TEUBNERI

Printed in Germany

PROLEGOMENA

CAPVT I. DE CODICIBVS

Babrü fabularum sive mythiamborum pars maior uno codice *Athoo* (A) ad nos pervenit, qui per Menoiden Menam vel Minam in bibliothecam Musei Britannici perlatus est (*Addit. Mscr. n. 22087*). Qui primi has fabulas ediderunt apographo Minae usi sunt non satis diligenter confecto. Ipsum codicem conferendi negotium primus *Guil. Dindorf* suscepit, cuius commentatione ne nunc quidem carere possumus (*über die Originalhandschrift des B. im Britischen Museum, Philol. XVII 1861, 321 sq.*). Minutalia quaedam quae Dindorfium fugerant *Rutherford* adnotavit, qui valde dolendum est quod graviores tantum quas esse opinabatur Athoi lectiones Babrii sui adnotationi criticae inseruit levioribus per praefationis paginas XCII sqq. dispersis potius quam descriptis.¹⁾ Nuperrime *A. Eberhard* codicem, quem

1) Hinc Polakii error *Mnem. XXII 355*, qui Rutherfordi silentio fidem habens 123, 1 *χρύσε' ὥα* in *Athoo* legi putat. Ita Rutherford haud paucas lectiones in adnotatione ne indicavit quidem meros eas scribarum errores esse opinatus, cum ipsa poetae verba sint. 46, 2 cum ceteris omnibus restituit vocem A. P. IX 744 (Mel.) aptam, h. l. ineptam *βαθυσχίνω*, quamquam *βαθυσχοίνω* epitheto, quod e carminibus Homericis (*Δ 383*) repetivit Babrius ut alia multa, campus herbosus fontibus scaturiens graphice describitur. De vera lectione altum silentium. 115, 12 egregie Babrius Athous divisit *τί γὰρ νεφῶν μοι, καὶ τίς ἦν περῶν χρεῖα*, scilicet ut *χρεῖη*, quod ipsa re suadet, ad *περῶν* solum pertineret; notum *τί* cum gen. coniunctum, cf. Bernhardt, *Paralip. synt. p. 68*, Nauck, *Mél. Gr.-R. III 64*, unde transscribo quae ad Babrium pertinent ll. *Φ 360 τί μοι*

H. Mueller-Struebing aliique eius causa inspexerant, incomparabili diligentia ita exhausti, vix ut quicquam neglexerit; egregias quasdam codicis lectiones, quas omnes adhuc praeterisse sane mireris, primus enotavit (cf. 120, 8) atque quibus locis et quot manibus Athoi scriptura pristina correctae esse videretur accuratius docuit quam Dindorfius ceterique. In una pagina prima (numero 3 inscripta) plura quam Eberhardus cognoscere mihi videbar, cum suadente illo et benigne intercedente Kenyone solis ope eam describendam curassem. Scilicet ad difficillimum prooemii locum litteras quasdam adiecit m. 3 s. XV/XVI, quas Eberhardi et Kenyonis observationibus quibusdam usus interpretor:

17 Θέλεις τε - -

ς̄̅ σουνω̅ι

οἱ θ -

Correcturas eam vel varias lectiones v. 17 sqq. ascripsisse vides. Atque v. 17 dubium non est quin commendaverit quod Minae tribuit Boissonadius *θέλεις τεῆ μνήμη*: quae verba in ipso codice Minam legisse acute suspicatus est Eberhardus.¹⁾ V. 18 sq. utrum σοι legas an σου (ad με-

ῥοιδος, Colluth. 147 τί γὰρ πολέμων βασιλῆι, Colluth. 159 Nonn. Dion. XXIV 304 τί γὰρ σανεών Ἀφροδίτη, Himer. I 11 τί μοι μύθων τῶν ἔξωθεν, id. XXII 5 τί δὴ Ὀδυσσεύως ἐμοί, Dio Chrys. XLVII 17 τί γὰρ ἐμοί καὶ τῆς ἐνθάδε στοᾶς. Rutherford cum Lachmanno ceterisque τις novavit, genuinae lectionis nullam omnino habuit mentionem. Similia invenies 6, 13. 117, 10. 128, 3. 132, 2. Vides, quam lubricam ille inierit viam, cum mera σφάλματα a gravioribus vitiis se distinguere posse sibi persuaderet. Cf. quae exposui *phil. Anz.* XIV 179. Ceterum ubicunque infra lectiones invenies a Rutherfordianis discrepantes, Eberhardi et Kenyonis auctoritate me niti scito; nam haud pauciveniuntur loci, quibus Rutherford aut veteres errores propagavit (veluti 4, 8, ubi κίνδυνον testatur, sim. 9, 12. 11, 3. 27, 2. 47, 4. 42, 2. 85, 5. 120, 8, cf. Add.) aut novos induxit (cf. 6, 3. 75, 16).

1) *‘Ich meine also, dass Minas am Rande θέλεις τεῆ las und dies an den Text seiner Abschrift beifügte, so dass es Boissonade für eine Konjektur jenes Erzschwinders hielt’* A. E. per litteras 3 III 1896 ad me datas.

λισταγές σοι) atque - ιονθη - (ad κηρίον θήσω) an (σ)οϊθλά (ad v. 19 extr.) ambigas. Certe nullius haec sunt pretii, cum τεός forma Babrius prorsus abstinuerit. Sed iam in initio libelli gravem illam quaestionem nobis proponi vides, quae *correctionum* scripturis pristinis adscriptarum sit *auctoritas*. Nam praeter manum primam (*m. pr.*), quae inter scribendum quaedam correxit et varias lectiones nonnullas margini adpinxit, duae potissimum manus Eberhardo teste dignoscuntur, litteris tenuibus et atramento nigriore usa altera (*m. 2*, cf. titulum et ad fab. 1, 1), altera s. XV/XVI Nili cuiusdam, ductu latiore conspicua et parum accurato (*m. 3*, cf. pr. I 3. 17 sqq.), quae cum ultimae Athoi paginae (f. 42^b) ἕως κύριε κτλ. formulam subscripserit, codice usa est iam mutilato; quamquam in plerisque locis eo acquiescere debemus Eberhardo iudice, ut a manu prima manum recentiore (*m. rec.* vel *m. r.*) distinguamus. Accedunt correctiones quaedam recentissimae (*m. recc.*) nostro saeculo a *Mina* potissimum factae (cf. pr. I v. 3, Dindorf. p. 323; adn. 2, 14. 6, 17. 12, 27. 13, 2. 25, 1. 28, 7. 29, 2. 34, 8. 70, 6. 72, 24), quarum nullam omnino fidem esse omnes consentiunt. Sed ne altera quidem et tertia manus (*m. 2. 3*) ceteraeque recentiores quae videntur antiquae exemplaribus Athoo melioribus usae sunt. Nam — ut huc transferam, quae de Herondae papyro Londiniensi exposui Heroud.² praef. p. XVII — *difficiliores locos et laceros insanatos reliquerunt atque quas protulerunt emendatiunculas fere omnes coniectura assequi poterat quivis homo graecae linguae peritus.*

Manu recentiore emendati sunt 14, 1 ἐκτόπων, ν in σ mut.; 24, 8 γεννήσει, ει in η; 36, 9 σοφός, ò in ω; 47, 5 ἤκἀ, α in ε; 56, 6; 58, 1; 64 epim.; 81, 6 λανθάνη, ηι in ει; 93, 9 ἀφυλάκτοις, οι in ο; 95, 3; 108, 6; 8 βόλω, ο in ω; 116, 10 δισ οίμαι in εἰς οἶμον (?). Ceteris locis fere omnibus plane irrita erat correctorum opera vel adeo damnosa. In ipso libri limine versibus lacunosis pr. I 2 sqq. notam adposuit m. 3 — ita enim litteras illas φράσ(ις) κτλ. interpretor —, sed quod suppleret non habebat. De

versibus pr. I 17 sqq. supra vidimus. Reliqua locorum a correctoribus frustra tentatorum exempla haec sunt. Fab. 3, 1. 3 m. r. versibus transpositis κλείζων in χροήζων mutavit, ut interpolata servaret; 111, 13 verba male transposuit. 1, 3 φυγή corrupit in -ῆς; 6, 4 ὠραίων in ὠραῖον; 18, 5 συλήσειν in συλλήσειν; 36, 7 καὶ βληχρὸς in κάμβλ-; 86, 8 μεινον in ἀναμ-; 97, 2 προσποιηθεὶς in προσπωτ-; 98, 9 κλαύση deliberativum in κλαύσει, quod propter v. μὴ ferri nequit¹); 107, 7 pro ἀμέστων substituit quod non aptius ἀμέσων; 107, 12 τὴν σωτηρίαν corrupit in τὸν σωτήρα; 116, 10 χανών τε in μελήσας. Summa igitur cautione lectiones recentiores accipiantur necesse est. Itaque 72, 6 veteri lectione servata τι inserui²); 87, 3 restitui τ', quamquam de loci sanitate dubites; 95, 14 οἷσθας formam rariorem etiam Herondae notam revocavi pro correctoris οἷδας; 95, 50 expuli αὔθις egregio Bodleiani supplemento ascito; 105, 5 pristinam lectionem ὑπαντήσας prae correctoris συνανήσας a plerisque sprete praetuli; 111, 14 Eberhardi inventis usus non profectus sum a correctione ἐπενόει³), sed ἐπενόησε servavi, τέχνην sustuli. Nolui tamen expellere, quod 95, 27 falso loco adiecit corrector atque versui inseruerunt recentiores τοῦτο, quamquam coniecturam eam esse correctoris satis probabile est.

Maioris pretii correctiones quaedam sunt et variae lectiones ipsa m. pr. scriptae. Cf. 12, 4 Ἴτυλον m. pr. corr. in Ἴτυν; 13, 6 δεικνύει, in mg. quod praeferendum est σημαίνει; 51, 3 ἔκειρεν, del. εν; 81, 4 ἀληθείας, in mg. ης; 91, 5 δ' ἐξωθῶ contra artem Babrii, in mg. rectius ἐκκλίνω; 93, 9 ἡμῖν, η corr. in υ; 107, 8 τῆσδε, σ in υ, unde τήνδε restitui. Leviores ceterae manus primae correctiones (23, 4. 26, 10. 27, 6. 80, 2. 92, 2. 95, 63. 108, 12), dubiae fidei tres (39, 4. 48, 6. 115, 1). Lectiones illas tantum non omnes e libro archetypo iterum inspecto scriba repetisse videtur; nam modestia laudabili ea quoque quae legebat nimis corrupta fideliter transcripsit coniecturis vel interpolationibus

1) Bergkii cum κλαῦσαι proponit, interpolatorem corrigit.

2) θεινόν τι θ' ὕδωρ, cf. κακόν τι 67, 8; τι δεῖθρον 111, 5.

3) Scite tamen Bergkii τέχνην γὰρ ἐπενόει.

non indulgens: unde mira quaedam in Athoo leguntur verborum monstra a criticis dudum perdomita, veluti ἀγνοεῖν παραπλώσας (= ἀγνὸν ἦπαρ ἀπλώσας) 54, 2; sim. 37, 7.

Ceterum in prima potissimum libelli parte quae adnotaverat Eberhardus quam accuratissime poteram ascripsi ne scripturae quidem compendiis neglectis, quae est ubi ad emendationem pertineant (cf. 57, 4, ubi ex ἀνω̄ν felici acumine Eberhardus elicuit ὄνων); de 27, 2 cf. Add.

Fabulae Athoi maxima damna non acceperunt singulis verbis corruptis vel omissis, sed totis locis penitus mutatis decurtatis interpolatis. Is scilicet, qui discipulorum et magistellorum commoditati consulens diversis Babrii libris permixtis fabularum hoc corpusculum condidit ad litterarum ordinem dispositarum¹⁾ initia potissimum fabularum amputare et adulterare (cf. adn. ad fab. 43. 65. 73. 39. 41) ausus est; quos locos litteris minoribus infra expressos invenies atque ubicunque vera lectio ex aliis fontibus repeti poterat lineis saeptos (cf. 43, 1. 65, 1. 75, 16). Idem praecipendi rationes anxie secutus etiam extremas earum partes immutasse atque epimythia adiunxisse videtur Suidae et Vaticano ignota: quod studium ut pernoscas nullum invenies exemplum utilius, quam fab. 82, 8—11; cf. etiam 22, 12—16; 98, 18—22. Eundem versus quosdam addidisse suspicor, quos litteris minutis describendos et cancellis saepiendos curavi. Quamquam non una manu fabulas Athoas interpolatas esse, sed pluribus non nego.²⁾

Codicis Athoi, quo dimidia fere fabularum Babrii pars servata esse videtur, amplissima supplementa repetuntur e codice Vaticano Gr. 777 (V).

Primus fabulas aliquot ex eo depromptas publici iuris fecit *F. de Furia* ipso codice non usus, sed schedulis ab

1) Eadem ratione paroemiographorum veterum copiae medio aevo confusae sunt.

2) Accuratius haec exposuit *F. W. Hoch*, de *B. fab. corruptis et interpolatis*, Hal. Sax. 1870. Quamquam quae ariolatur de pr. I subditicio digna erant quibus applauderet Deutschmannus (de Babr. chol. p. 4).

Hieronimo Amato ex eo transcriptis.¹⁾ Codicem iam deploratum investigavit contulit descripsit *P. Knoell*, vir de his fabulis egregie meritus, commentatione cui inscribitur *Neue Fabeln des Babrius* (Sitzungsber. d. ph.-hist. Kl. der k. Akad. in Wien XCI p. 659 sqq.). Una manu scriptus est s. XV exeunte; fabulas continet 245, nisi quod tribus foliis omissis fab. 78 (= Cor. 215), 87 (= B 75), 116 (μῦς καὶ βάρραχος, Babr. 191) partes quaedam perierunt. Fabulae 1 ad 232 seu potius 235²⁾ κατὰ στοιχεῖον sunt dispositae; sequuntur decem fabulae certo ordine non servato (ξ ε κ κ κ ε κ κ κ). Corpus Vaticanum qui compilavit, diversas fabularum collectiones et versibus inclusarum et pedestri sermone narratarum coniunxit seu potius confudit: quod eodem quo apud paroemiographos volgatos indicio cognoscitur, scilicet eisdem capitibus diversa forma repetitis. Fabulae choliambicae inveniuntur 30; nam Fur. 382 (ψύλλα καὶ βοῦς) versuum ne umbra quidem relicta est. De condicione earum perdiligenter ut solet disputavit Knoellius p. 666 sqq. Gravia quaedam vitia (inter quae gravissimum est v. 83, 1 lacunosus) cum A habet communia³⁾, sed tam multae atque tam egregiae lectiones ei sunt peculiare (cf. 12, 16. 88, 6. 114, 6), ut ex archetypo cum Athoo cognato quidem, sed satis diverso fluxisse videatur. Quamquam ne nimium ei tribuamus cavendum est, cum crebrius quam A a diasceustis Byzantinis sit adulteratus. 21, 7 necandi notione, quam oblitteravit V, carere vix possumus; 27, 2 cur ex versu Vaticano plane barbaro βάλλων repetamus nulla causa; sim. 88, 17. Athoi epimythia versibus inclusa cum fere omnia omittantur in V servatis pedestribus adfabulationibus, recentiora illa esse docuit Kn p. 668. Cui observationi obesse videntur fabulae ceratae et testimonia quaedam vetustissima, cf. infra p. 5 sq. 43.

Vaticano fortasse carere poterimus, ubi *Cryptoferra-*

1) Cf. quae exposui in Fleck. annal. CXXVII (1883) 225.

2) Qui numeros in codice ascripsit, tres fabulas neglexit.

3) 120, 8 χλωρόν ipsum A habere, χολόν V iterum moneo propter Knoellium p. 13/669.

tensem quendam recuperaverimus, quem primus indicavit *G. de Murr*, post eum Harlesius in Fabricii bibl. = Aesop. Fur. ed. Lips. p. LXXIX; Murrii commentationem insertam illam ephemeridibus Norinbergensibus, quae in perpauca bibliothecis extare videntur, infra describendam curavi.¹⁾ Inveniebantur igitur in codice illo post vitam Aesopi Planudea prolixior Aesopi fabulae 223 κατὰ στοιχεῖον dispositae atque ultimo loco fabulae 30 choliambis concinnatae sub titulo τῶν αἰσώπου μύθων ἴαμβοι [= μυθίαμ-

1) *Nürnbergische gelehrte Zeitung*, L. Stück. Dienstag, den 23. Junius 1789, S. 399. Nachrichten. In der Bibliothek des uralten Klosters von Grotta ferrata Ord. S. Basilii, bei Frascati entdeckte P. Romolino, wie er mir aus Rom vom 29. Mai schrieb, einen pergamenen Codex im Quartformate, mit Gemälden, welcher, nach dem Urtheile des Herrn Spalletti, griechischen Scrittore in der Vaticana, auf's spätesteste zu Anfang des eilften Jahrhunderts geschrieben worden, in welchem (sowie im Bodlejischen Codex, den der sel. Tyrwhits beschrieben) Aesop's Leben und Fabeln enthalten sind. Das erste ist weitläufiger, als das Planudeische. Ich setze meines Freundes eigene Worte hieher: Codex continet vitam Aesopi, quae inscribitur Βιβλος ξανθοῦ φιλοσοφου, και αισωπου δουλου αυτου. περι ανατροφης αισωπου, et incipit hisce verbis: Ὁ παντα βιοφιλεσατος αισωπος, ὁ λογοποιος, attico sermone conscripta prolixiorque, quam Aesopi vita a Maximo Planude conscripta. Constat enim 72 paginis, minusculo characterere refertis, cum aliquot correctionibus, et notulis in margine. Aesopi vitae proxime succedunt fabulae, hoc titulo: Αισωπου μυθοι κατα στοιχειον ωφελιμοι. Sunt num. 223. ordine alphabetico dispositae, quae numero et verbis paullulum differunt a vulgatis. Postremo veniunt fabulae 30 versibus Iambicis, vel potius Scazontibus (sonder Zweifel des Babrius) concinnatae, hoc titulo: των αισωπου μυθων ιαμβοι. Praeterea in codice opusculum anonymum invenio de natura animalium, eo titulo: συν θεω βιβλος φυσιολογικη, ubi quorundam animalium naturam Anonymus ad mores hominum traducit reformatos, et S. Scripturae verbis quam saepissime utitur. Denique ibidem sunt fragmenta longioris cuiusdam fabulae, ubi rex nomine Azar amicos alloquitur viros, et animantium lites componit. Ich bitte gefällige und thätige Herren Bibliothekare in Deutschland, mir Nachricht zu geben, ob nicht in ihren Büchersammlungen ein ähnlicher Codex anzutreffen sein möchte. Nürnberg, den 18. Jun. 1789. C. G. von Murr. — Gratiam debeo Stroebelio Norinbergensi, qui haec mea causa descripsit.

βου? cf. Babr. prooem. I. II]. Vaticanae recensio-
 sceuasta aut Cryptoferratensi usus aut gemello eius
 triginta illas Babrii fabulas ceteris admiscuisse videtur.¹⁾
 Hunc igitur codicem et ego et amici collegaeque diu frustra
 quaesivimus. In bibliotheca Cryptoferratensi teste Rocchio
 non iam adservatur.²⁾ Itaque in Vaticanam eum translatum
 esse suspicabar, ubi multi nunc exstant codices olim Crypto-
 ferrateenses:³⁾ sed nuper neque *A. Eberhard* nec *E. Drerup*,
 qui operam suam mihi non denegaverunt, vestigia eius in-
 venerunt. Parisios eum translatum esse suspicatur Eberhard.

De *Harleiano* 3521 (H), quo inter docti cuiusdam
 hominis adversaria fabula 58 continetur manu s. XVII
 scripta, nihil habeo quod addam, nisi illud, nondum de-
 monstratum esse qua ratione tunc temporis Babrii notitiam
 aliquis habere potuerit. Codices quosdam s. XVI exstitisse
 probabile est, qui nondum reperti sunt.

Gudianus, s. XVI scripti quem in fab. 12 recensenda
 adhibuit Eberhard (G), perexiguum pretium esse recte
 monuit C. Fr. Mueller, *Byz. Zeitschr.* I 421. *Parisinum*
 suppl. Gr. 608 s. XVI plane cum G facere testatur Hausrath
 (cf. *Unters.* p. 296).

Codicis instar est *Aldina MDV*. Continet praeter varia
 opuscula proverbia Escurialensia, quae a Gaisfordo et
 Gottingensibus neglecta primus edere sibi visus est *Carolus*
Graux (cf. anal. ad prooem. I 3), atque Ignatii tetrastichis
 adnexam Babrii fab. 12 e duobis exemplaribus expressam
 (Ald^{1.2}), quam e quibus codicibus hauserit Aldus nemo-
 dum demonstravit. Haec fabula tredecim versuum quin e
 pleniore Athoi sit contracta praeter Gitlbauerum et Deutsch-
 mannium (de Babr. chol. p. 4) nemo dubitabit.

De *Ps.-Dosithei* fabulis quae scitu digna videbantur
 paucis infra exposui p. 3. 130. 205.

Ps.-Dositheanis cognatae sunt *fabulae Assendelftinae*
 s. p. Chr. III *tabulis ceratis inscriptae* (T), cf. infra p. 3.

1) Cf. qui primus hoc observavit, Rutherford, Babr. p. LXXIV.

2) Cf. Rocchi, Catal. p. 456.

3) Cf. H. Rabe, *Centralbl. f. Bibliothekswesen* XII 1895, p. 442.

125. Excepit eas — id quod comprobare conatus sum Philol. vol. LIII p. 228 sqq. — puer Palmyrenus semi-barbarus recte scribendi non satis peritus dictante magistro¹⁾ qui eadem licentia usus qua diasceuasta Athous vel etiam maiore Babrii versus usque eo decurtavit interpolavit variavit, ut antiquissimum hoc fabularum Babrii exemplar idem sit corruptissimum. Neque tamen summi momenti esse negabis tabularum testimonium Athoo vel aliis auctoribus accedens. Qui solis tabulis traditi sunt versus Babriani consultis paraphrasibus aliisque fontibus paucos locos si exceperis in integrum possunt restitui. Tabulas quattuor solis ope expressas infra adiecta invenies. Ipsas tabulas diligenter cum lectionibus meis contulit et de difficilibus quibusdam locis per litteras nova docuit Hesseltingius. Sed ipsa eius verba hoc loco inserere satius est.

p. 42 (fab. 43, 1^b) η- κοςεσ|θειση]. *‘Zwischen η und κ steht vielleicht ein σ; vor -νφνειν vielleicht α. Die übrigen Buchstaben sind auf dem Originale durchaus nicht incertae.’* Scripserit igitur ἦ(ν γῆ νάπ)αισιν φύει[ν] puer, Babrius quod ego dedi. — σκιαν] *Ich glaube jetzt σκειην zu lesen.*²⁾

p. 125 (fab. 136, 16). *‘Es ist richtig, dass noch etwas vor κε steht, εστι oder ειμι kann es aber nicht sein. Ich sehe ziemlich deutlich ε.ω. Der Buchstabe in der Mitte sieht so aus: ξ, wird also wohl ξ sein (ἔξω?).’*

ibidem (ad v. 20. 22). *‘Die Lesungen υποδυνα und θ können nach meiner Meinung keinem Zweifel unterliegen.’* At θ illud sensu vacuum neque omnino pronuntiari potest. Talia in locis sanis non observabis.

1) Puerum illum exemplar litteris cursivis quae dicuntur exaratum descripsisse opinatur Hesseling: verum ipsa quae gravissima sunt vitia — vocabula omissa dico et locos repetitos — hac ratione non explicabis. Idem cadit in Weilii sententiam, qui ex memoria puerum multa scripsisse suspicatus est.

2) P. 106 fab. 117, 9 νύξας etiam nunc se probare scripsit Hesseling, idemque sentire Weilium Polakium alios. Mihi non persuaserunt: νύττω verbum Babrius nunquam adhibuit, contra νύττε pro κέντριζε substituit paraphrasta fab. 20, 7, νυγεις pro τυπεις Ign. MS tetr. I 20.

p. 127 (fab. 137, 5) *ῥδικην ανουας ειπε. Ihre und Polaks Lesung ist entschieden die richtige. Wahrscheinlich wurde ich irre geleitet durch eine Paraphrase . . . Einige Buchstaben sind undeutlich, aber die Sache selbst ist klar.*

ibidem (fab. 138 ad v. 2). *Ich meine τε zu unterscheiden.*

(ad v. 5) *An -τηησησον muss ich festhalten, nur steht vielleicht noch ein Buchstabe zwischen den zwei η.* Sensus e litteris illis quas legit Hss vix elicies; teneo igitur quod et aptari potest cum evanidis tabulae lineolis et sententiam praebet peridoneam -υνηγησω.

p. 128 (fab. 138 ad v. 7). *Die angezweifelte Lesungen sind auf der Tafel sehr deutlich sichtbar. In der Lacune nach συνα- meine ich jetzt Spuren von μ zu unterscheiden, was mit Weil's συναιμους stimmen würde, eine Lesung, die mir auch sonst am besten gefällt.*

ibidem (fab. 139, 6) *Vielleicht -απορουσης; die übrigen Buchstaben sind aber deutlich erkennbar; ebenso ειο.*

p. 129 (fab. 139, 8) *Einzelne Striche im Holz (von Buchstaben kann man kaum reden) bestätigen Ihre Lesung ξύλω παίων | ὄνος. Von μὴ λέοντα μιμήση habe ich auf der Tafel nichts unterscheiden können.*

Condicione essemus multo commodiore, si codicem manibus teneremus, quo Suidas (S) usus est.¹⁾ Suidas quidem, qui mos est illius aevi, locos non semper satis accurate transscripsisse videtur; scilicet versiculi excerpti quo melius possent intellegi, verba quaedam mutare omittere supplere non dubitavit (cf. e. g. 32, 2, ubi τῆ δουὶ substituit pro αὐτῆ, sim. 95, 93). Verum etiam librarii illi, qui Suidae lexicon propagaverunt, haud paucos errores

1) Codicem dico, non codices, nam quod Rutherford e pluribus Babrii libris Suidae lectiones repetitas esse coniecit p. LXXXI, id omni caret probabilitate. Ipsa observatione illa, qua utitur sententia eius adeo non comprobatur, ut refellatur potius; nam νεβρείην καρδίην glossa e pleniore illo loco s. νεβρὸς servato excerpta est, id quod sescenties factum esse observabis in his lexicis.

commisisse censendi sunt (cf. 82, 6. 93, 5. 6 et leuiuscula multa, quae saniora servavit Athous). Haec igitur removeas necesse est, si exemplaris Suidiani imaginem mente tibi conformare velis. Quamquam leves quasdam corruptelas in libro suo se invenisse eo indicat ipse Suidas, quod lemmatis ea recepit et interpretatus est, cf. 25, 5 (*γυρίης* pro *εὐρείης*) atque 82, 1 (*φωλάδος κοίλης* pro *φ. κοίτης*). Idem glossemata versibus recepta et varias lectiones margini ascriptas diserte testatur 43, 6. Sed uno nomine Suidae testimonia Athoum vincunt et qui ei cognati sunt codices omnes: gravissimis illis vitiis et plane insanabilibus, quibus diasceuastam Athoum has fabulas corrupisse monuimus, omnino est immunis. Hinc nullum apud Suidam epimythiorum interpolatorum fragmentum, cum plurima reperiantur apud Georgidem; hinc fabulae 65 initium integrum servatum, hinc 6, 6 *τίν' ὄνον εὐρήσω* (-εις), 80, 4 *μὴ καταγέλαστον μὴ τι πυροίχην παίζειν*, 82, 8 *χαίτην δ' ἔμελλε τὴν ἐμὴν καταισχύνειν* lectiones verae pro ineptis Athoi glossematis et interpolationibus. Sic igitur habeto: in rebus levioribus Suidae fides vix maior vel adeo minor Athoo; verum ubi lectiones eius multum distant ab Athois, Babrii verba servavit fortasse corrupta, sed a diasceuasta nondum adulterata. Substitui igitur quos despectare solent¹⁾ Suidae versus duos pro Athoi uno 19, 6 atque in usum meum vertere conatus sum egregias eius lectiones 103, 3, quamquam ne eis quidem Babrii verba intacta sunt servata. 81, 1 vitium inveteratum etiam in S.

Silentio pressi codicem quem nemo vidit vel potius librum a Mina conscriptum, ex quo alteram quam dicebat Babrii syllogen edidit *F.C. Lewis*, Londin. 1859. Ipsum enim

1) Suidae lectiones cum Athois composuit Rutherford p. LXXVIII sqq., sed minoris eas aestimavit 19, 6 (cf. p. LXXXI), 88, 19 (cf. p. LXXXIII). Suid. s. *φριξότριχα· ὀρθοῦντα τὰς τρίχας* corruptum esse ex *φρίξαι τὴν χαίτην· ὀρθοῦν τὰς τρίχας* (cf. Babr. 82, 3) cur tam confidenter contendat Rutherford p. LXXIX 5 me nescire confiteor. De summa rei verissime iudicavit Carolus Lachmann p. XVI.

Minam barbaros illos versus mala fraude finxisse consultis lexicis graecae linguae manualibus atque pro fundamento adhibitis volgatis Aesopeorum conlectionibus ipsisque Babrii editionibus a Boissonadio et Lachmanno emissis confessa res est (cf. Mus. Rhen. XVI 361. XXIII 315). *Bergkii*, qui ineptias illas altera anthologiae lyrica editione recipere non dedignatus est neque ut e tertia eas removeret ab animo impetrare poterat, mira pertinacia usque ad ultimos vitae dies ex egregio Aesopeorum codice fraudatorem illum Babriana repetisse et sibi et aliis persuadere studebat: qua opinione nisus de fabulis a Babriobis recensitis audacissimas protulit coniecturas atque verbis Minae cum paraphrasibus coniunctis Babrium restituere sibi visus est (cf. exempla infra p. LXXXV prodita atque commentationem Philologi vol. XLVII p. 384 insertam). Verum etiamsi Aesopeorum librum aliquem satis antiquum Minas adhibuit — quod non nego, cum tales codices descripserit (infra p. 198¹) —, tamen e fraudibus eius nulla ratione veras lectiones enucleare possumus. Itaque vix ullam eius habui rationem.

CAPVT II. DE PARAPHRASIBVS

Ipsarum fabularum exemplaribus manu scriptis accedunt *paraphrases*, inter quas primum locum obtinet *Bodleiana* (B*). Edidit eam Pius Knoell a. 1877 e codicibus *Bodleiano* (B) miscell. 2906 fol. 163^r—192^r s. XIII, quem primus ad Babrium rettulit Th. Tyrwhitt, et *Marciano* XI, 1 s. XIV (M) additis lectionibus quibusdam e Neveleti mythologia repetitis. Ipsius *Palatini* Vat. 367 (Stevenson catal. 367) quem Neveleti Pal. quintum esse iam A. Hausrath vidit, collationem ab Engelberto Drerup diligenter confectam ego adhibui (P¹).

Palatini Vat. 367 lectionem integram proponere meum esse non putavi, sed illorum, qui fabulas prosa oratione scriptas nunc edituri sunt; respexi eum et descripsi in eis potissimum fabulis, quibus ipsa Babrii verba aetatem

non tulerunt, infra p. 134 sqq. Praeterea hoc loco quae fabulae in eo insint breviter indicabo et graviora quaedam adnotabo. ἀποφθέγματα αἰσώπου πάνυ ὠφέλιμα. P¹ 1 = B 2 (insunt ἡ μὲν χελιδὼν κτλ. verba, ut in M). P¹ 2 = B 3 (inde ab hac fabula promythia Bodleiani in fine narrationum leguntur). P¹ 3 = B 4 (add. πῶς κρούσω, cf. Nevel.). P¹ 4 = B 7 (epim. πράττειν add. αὐτοὺς δὲ πολλάκις καὶ ἀπώλεσαν, ut M). P¹ 5 = B 8 (epim. τοὺς δὲ μέγα ὄντας, sim. M). P¹ 6 = B 9. Desideratur in codice P¹ B 11: quod Knoelli causa (progr. p. 25) moneo. P¹ 7 = B 12. P¹ 8 = B 13 (ἄρκος — οὐσα atque καὶ μὴ τ. ζ., ut M). P¹ 9 = B 14 (τὰς — φθειρούσας ut M). P¹ 10 = B 15 (epim. ὁμοιοῦται ut M). P¹ 11 = B 16. P¹ 12 = B 18. P¹ 13 = B 20 (om. ὅτι et ἠπτῶνται, insunt verba τοὺς μεγάλους κτλ.). P¹ 14 = B 22. P¹ 15 = B 24. P¹ 16 = B 27. P¹ 17 = B 28. P¹ 18 = B 29. P¹ 19 = B 30. P¹ 20 = B 31. P¹ 21 = B 32 (fab. 20. 21 epimythia transposita, ut in B et M). P¹ 23 = B 34. P¹ 24 = B 36. P¹ 25 = B 37. P¹ 26 = B 39. P¹ 27 = B 41. P¹ 28 = B 42 (καὶ λαβὼν ἔβαλεν κτλ., ut M). P¹ 29 = B 45. P¹ 30 = B 46. P¹ 31 = B 49. P¹ 32 = B 52. P¹ 33 = 53. P¹ 34 = B 54 (om. ἄνεμοι — με, oculis aberrantibus). P¹ 35 = B 58. P¹ 36 = B 60. P¹ 37 = B 61 (v. 19 ἐπαίνει τὸν κ. καὶ ἔξαπατῶν ἔφρασκεν). P¹ 38 = B 62. P¹ 39 = B 63. P¹ 40 = B 64 (v. 21 μετὰ τῶν αὐτοῦ βρ. ἀ. δὲ καταμαθοῦσα καὶ εἰσελθοῦσα κτλ.). P¹ 41 = B 65. P¹ 42 = B 66. P¹ 43 = B 67. P¹ 44 = B 70. P¹ 45 = B 71. P¹ 46 = B 72. P¹ 47 = B 73 (v. 11 λόγος, in fine ἐξελθόντων). P¹ 48 = B 77 (v. 7 ἔφη· ἐώσαιε τοῦ ζ. κτλ., ut M). P¹ 49 = B 79. P¹ 50 = B 80. P¹ 51 = B 81. P¹ 52 = B 82. P¹ 53 = B 83 (v. 15 καὶ εἶπεν αὐτῷ· σὺ π. et ὁ δὲ ἔφη, v. 17 ὁ δὲ φ., v. 18 πηγῆς ἧς ἐγὼ πίνω). P¹ 54 = B 84 (in epim. pro λόγος οὐ πείθει κτλ. verbosius οὐ ῥαδίως μαλαχθήσεται· οὐδὲ τοὺς εὐεργετήσαντας ἀνταμείψεται· κὰν δι' ὅλης τῆς ἡμέρας πάντα τὰ καλὰ αὐτῷ προσενέγκης, v. 7 ὁ δὲ βαλὼν τὸν μακρὸν ἀνχένα αὐτοῦ, cf. A 94, 3). P¹ 55 = B 85. P¹ 56 = B 88 (cf. infra fab. 111). P¹ 57 = B 89. P¹ 58 = B 90.

P¹ 59 = B 92 (v. 14 εὐθηνούς ἄλας, v. 16 ἐνέπεσεν).
 P¹ 60 = B 96. P¹ 61 = B 99 (cf. infra fab. 139). P¹ 62 = B 101. P¹ 63 = B 102 (infra fab. 139). P¹ 64 = B 106 (v. 8 τὸν σκόλοπα [ex σκώλωπα], add. ὅπως μὴ μετὰ πόνου θνήξωμαι· ὁ δὲ λύκος ἄκροις ὀδοῦσι τὸν σκόλοπα δακῶν ἐξ., supplementum egregium, cf. Babr. 122). P¹ 65 = B 109. P¹ 66 = B 108 (ordo inversus). P¹ 67 = B 111. P¹ 68 = B 112 (pro epimythio fab. 113 promythium ὅτι παιδείας ἀμύητος κτλ. additum). P¹ 64 = B 116. P¹ 70 = B 118. P¹ 71 = B 119. P¹ 72 = B 120. P¹ 73 = B 122. P¹ 74 = B 123. P¹ 75 = B 125. P¹ 76 = B 128 (epim. fab. antecedentis huic fab. additum). P¹ 77 = B 129. P¹ 78 = B 130. P¹ 79 = B 131. P¹ 80 = B 133. P¹ 81 = B 134. P¹ 82 = B 135. P¹ 83 = B 138. P¹ 84 = B 139. P¹ 85 = B 140. P¹ 86 = B 141. P¹ 87 = B 143 (cf. infra fab. 190). P¹ 88 = B 144 (infra fab. 191). P¹ 89 = B 145 (infra fab. 192). P¹ 90 = B 147. P¹ 91 = B 148 (infra fab. 194).
 Codicem accuratius excutienti intima cognatione eum coniunctum esse cum Marciano, quod acute perspexit Knoellius, facile apparebit. Adfabulationes etiam Palatini scriptor legisse videtur fabulis praemissas, sed in finem transiecisse: id quod mihi quoque satius visum est.

Bodleianae paraphrasi proxime accedit *Parisina* (P), quam edidit Rochefort *Not. et extr.* II p. 687 sq., unde repetivit Chr. A. Klotz, fab. Aes. Lips. 1810 p. 83 sqq. Insunt fabulae XXVIII e Bodleiani prioribus XXXVI eodem quo Bodleianae ordine decurrentes. Sed qui hanc recensionem confecit, liberiore et floridiore sermone uti voluit. Exiguus igitur eius usus in crisi Babriana.

Knoellius laudabili diligentia opere suo functus est¹), nisi quod hic illic Babrii potius verba restituit, quam, quod

1) Rutherford p. XCIX quod Knoellius Hudsonis editionem non consuluerit vehementissime criminatus est; sed quid inde res ipsa damni acceperit non intellego. Mihi quoque Hudsoniana non prae manu est, sed utor Hauptmanniana ad exemplar eius expressa. Neque inde quod Palatinum non adhibuit, sed Neveleti exemplar, grave detrimentum cepit Knoellius.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE \$3,999,994

Did you know we sell
paperback books too?

To buy our entire catalog
in paperback would cost
over \$4,000,000

Access it all now for
\$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

huc transtulit, suum, me si audis, ingenium secutus est neque pleniore Babrii exemplari est adiutus. Atque de hoc quidem loco ne Knoellius quidem p. 28 dissentire videtur. Quo magis miror quod exemplo simillimo fabulae Athoae 25 Bodl. 101 penitus immutatae plurimum tribuit p. 19. Verba Bodleiana haec sunt: *Οἱ λαγωοὶ πάντες εἰς ἔν συνελθόντες εἶπον· „ἀβιώτος ἐστὶν ἡμῶν ὁ βίος· καὶ γὰρ ἀετοὶ καὶ κύνες καὶ ἄνδρες ἡμᾶς καταπονοῦσιν· βέλτιον οὖν ἐστὶν ἡμᾶς ῥῖψαι ἑαυτοὺς ἐν τῇ πλησίον λίμνῃ καὶ διαφθαρεῖναι.* Athoi versus 1—4 recta oratione paraphrastam ita reddidisse vides, ut primo versui *εἰς ἔν συνελθόντες* adiceret atque verba quae sunt *ἀδρανέστατοι κτλ.* certis exemplis illustraret; sermonis vel ingenii Babriani vestigia ego quidem non cognosco. Itaque hoc quoque loco paraphrastam codicem Athoo pleniorē adhibuisse Knoellio concedere non possum. Atque alia eiusdem generis exempla eximenda sunt ex eis quae p. 19 sq. composuit haud pauca.

Fab. Ath. 95, 5 leonis verba *πεινῶ γὰρ ἐλάφου* accuratius distinxit paraphrasta 75 cum dicit *ἐπιθυμῶ γὰρ αὐτῆς ἐγκάτων καὶ καρδίας.* Atque Knoellio, qui p. 20 ‘aperta versuum vestigia’ observare sibi videtur, egregie imposuit; nam haec quin ab exitu fabulae (v. 90. 96) ad initium inepte traducta sint, non dubitabis ubi fabulam perlegeris et quam non volpinetur Bodleianaes volpes, cum ipsum cor a leone nominatum rapiat, consideraveris.¹⁾

Simillimum illud, quod fab. Ath. 107 exitus *ὁ μῦς δὲ λάθρη χηραμοῦ προπηδήσας κτλ.* B 77 hanc formam induit: *ὁ μῦς δὲ ἐπιστὰς ἔφη· „δύναμαι τὴν ἀντιχάρिता σοὶ ἀποδοῦναι καὶ σῶσαί σε.“ καὶ τὰ δεσμὰ περιφαγὼν ἔλυσε τὸν λέοντα ἐπάξιον δούς μισθόν.* Praeter necessitudinem murem iterum loquentem atque quae olim (107, 8) dixerat pluribus repetentem facit paraphrasta, cum promissum statim exsolvens concinne describatur a Babrio Athoo.

Bodl. 30 pro Athoi 35, 3 haec leguntur Knoellium si

1) Eadem ratione Ath. 85, 5 B 86 lectionem utique memorabilem *χῆ χροῶ πάντων* e v. 13 repetisse videtur.

audis Athois pleniora et meliora: καὶ ὃ μὲν στέργει ἀεὶ ἐν τοῖς κόλποις περιφέρουσα καὶ τιθεῖσα ἔνθεν κἀκεῖθεν καὶ τοῦτο καταφιλοῦσα ἀποπνίγει κτλ. Sed in universo capite Byzantinum audis Babrii narrationem lepida brevitae conspicuam 'rhoso non Achaico' infantem et fucosis coloribus expingentem, veteris poetae ne verbum quidem relinquentem.

Athoae 18 versum 8 καθῆστο πέτρης νῶτον ἔξοχῆ κλίνας miris his verbis circumscripsit Bodl. 17 ἔβαλε τῆν κεφαλὴν ἐν τινι πέτρας ὅπῃ τὴν ψόαν ἔξω ἔάσας. Finge tibi hominem caput saxi caveae inserentem, posteriora proicientem: ridens magistelli Byzantini ineptias te legere confiteberis, non Babrii inventa.¹⁾

Fab. Ath. 43 v. 4 χηλῆς μὲν ἔνεκα καὶ ποδῶν ἔλυπήθη his ampliavit paraphrasta τοὺς μὲν πόδας ἐμέμφετο ὡς λεπτοὺς καὶ ἀσθενεῖς ὄντας, atque ὡς λεπτοὺς etiam tetrastichista praebet. Versum excidisse iam Eberhardus suspicatus erat: verum cum in tabula cerata non plura legantur quam in Athoo, verba illa ὡς λ. κτλ. paraphrastae interpretamentum esse vel interpolationem probabilius est.

Fabulae Ath. 119, 3 sermo pressus et rotundus ἔπρασσε φαύλως Bodi. 47 verbis ὡς δὲ χρόνῳ πολλῷ τοῦτο πονῶν μᾶλλον ἐπένετο dilatatur quidem, sed corrumpitur potius, quam corrigitur; hoc quoque loco paraphrastae manum Bodleianus servavit, non Babrii. Nec minus otiosum in fab. Ath. 64, 6. Bodleianae 48 additamentum quod Babrio tribuit Knoell καὶ πῶς ἐμοὶ συγκρίνη: ubi si, quod Knoellius opinatur (p. 20), versus latet, interpolatoris est, ut v. 8. Denique cum fabulae Ath. 1 versus 7 sq. paraphrasta Bodleianus 11²⁾ interpretatur ἴδε τὸν ἐμὸν ἄγγελον . . καὶ δὴ ἐπέρχομαί σοι κἀγώ, loci acumen misere obtudit.

1) Haud scio an pro ἔξοχῆ κλίνας legere sibi visus sit ἐν ὅπῃ κρύψας, praesertim cum in exitu v. 9 insequatur κρύψας; haec enim eius est ars, ut liberius exornet quae male intellexerit. Quamquam Knoellius de hoc loco p. 25: *Die Situation schildern die Worte des B. 17 . . . weit drastischer und anschaulicher und lassen auf eine entsprechende Lesart in O schliessen* etc.

2) Simillimam fabulam e Palatino edidit Neveletus 283 p. 311: verum errat Knoell p. 25, cum e Palatino quinto eam

Restant tamen tres loci vel quattuor, quibus Athoi lacunae aliquatenus resarciri videantur paraphrasi Bodleiana, cf. adn. ad fab. 15; 59, 15; 73; 83. Sed initia fabularum 65.29 mutilata legit, qualia inveniuntur in Athoo.

Paraphrasta Bodleianus ut variandi studio non est immunis, ita longiores fabulas non modo nimis breviavit, sed sub exitu potissimum ita detruncavit, ut saepe summam rei temere omitteret: quod in fab. Ath. 58 factum esse (cf. adn. 58, 5) nemo negabit.¹⁾ Itaque ex silentio eius certa argumenta repeti non possunt, quibus, in versus Athoi suspicio conferatur. Servandi igitur quos Knoellius p. 21 damnavit 38, 7, atque 49, 6. 7, quibus deletis iusto exitu fabulae carent. Versus ineptos 3, 2. 22, 13. 16 eum non legisse mihi quoque probabile videtur.

Etiam in lectionibus ex B recipiendis summam cautionem esse adhibendam vix est quod moneam. Ex eis quas composuit Knoellius p. 25 tollendae A 18, 7. 8 = B 17; A 64, 9 = B 48; A 76, 8 = B 57, ubi φόρους verbo paraphrasta ipsius Athoi φόρον ἄλλοτ' ἄλλοῖον reddit; A 74, 3 = B 58; A 102, 9. 11 = B 78; A 85, 8 = B 86, cf. supra p. XVIII¹⁾; A 89, 4 = B 83, ubi egregia arte εἶπε vel ἔφη verbis omissis stichomythiam instituit Babrius, εἶπε ἔφη sim. addidit paraphrasta.²⁾ Restant lenes quaedam corruptelae, quibus medela adferri possit e B (76, 12 etc.); gravia codicis damna et inveterata (cf. e. g. A 82 8 = B 65) paraphrasi Bodleiana non sanantur.

Eadem cautione vel etiam maiore cetera fabularum corpora adhibenda sunt, de quibus diligenter nuper dispu-

haustam esse dicit, cuius Nevelet mentionem non fecit. Certe in Palatino meo desideratur.

1) Knoellius p. 26, ubi cum Eberhardo v. 58, 6 delet, aut versus 6—10 tollere debebat, aut nullam Bodleianae fidem habere. Magis etiam mirum, quod fab. 45 v. 13 sq. in B deesse dicit, cum versus 13 sententiam κενός verbo expressam esse ipse concedat.

2) Qui v. 89, 4 „σὺ μ'“ εἶπε „πέρυσσι κτλ.“ scribit Bodl. duce (Kn p. 25), etiam in eis quae sequuntur ὃ δὲ ἔφη κτλ. e paraphrasi asciscat necesse est. De 102, 9 cf. p. LXXVIII.

tavit A. Hausrath, *Untersuchungen zur Überlieferung der Äsopischen Fabeln* (Annal. phil. suppl. XXI). Apud *Aphthonium* rhetorem (Aphth.), qui argumenta quaedam Babriana liberime circumscripta novis oratorum coloribus exornavit¹⁾, atque in recensione *Augustana* (A^u, ed. I. G. Schneider), retractata illa ab erudito quodam homine et linguae purioris studioso, paucae tantum et tenues sermonis Babriani reliquiae servantur; Augustanae gemellae fabulae *Parisini* Gr. 1788 (P^s) atque suppl. 690 (P^r) a Millero (*Not. et extr. XIV*)²⁾ et Sternbachio editae. Nec maioris pretii collectio illa falso *Syntipae* nomine a librariis inscripta, quam Byzantinus aliquis ludi magister inficeto scholasticorum sermone usus ultimis aetatis Byzantinae temporibus composuit.³⁾ Nam quamquam argumenta Babriana nonnulla in Aesopeis volgatis aut alia ratione tractata aut omnino omissa circumscripsit (cf. Syntip. 20 = Babr. 46, Syntip. 50 = Babr. 87, Syntip. 12. 14 sqq. 25 sqq. 37 sqq. 47 sqq. 55), tamen tam pauca apud eum inveniuntur, quae cum Babrii verbis satis convenient (cf. e. g. fab. 37 ἀλώπηξ . . . μακρόθεν ἐστῶσα ἐπηρώτα . . . ὅπως δῆθεν τὰ κατ' αὐτὸν ἔχει atque Babr. 103, 11 ἀλώπηξ . . . πόρρω σταθεῖσα „βασιλεῦ πῶς ἔχεις“ ἐπηρώτα), ut dubitare possis ipsumne adhi-

1) Cf. testim. 5 p. 5 et locos ibi indicatos. Nemo quod sciam *Nicolai* rhetoris fabulas (Rhet. I p. 266 W.) excerptas esse monuit ex Aphthonianis, cf. Nicol. 1 = Aphth. 8; Nicol. 2 = Aphth. 10; Nicol. 3 = Aphth. 13; Nicol. 4 = Aphth. 17; Nicol. 5 = Aphth. 21; Nicol. 6 = Aphth. 22; Nicol. 7 = Aphth. 24; Nicol. 8 = Aphth. 29; Nicol. 9 = Aphth. 30; Nicol. 10 = Aphth. 23. Nicolaus Aphthonii artis interpretis fuit, cf. Rhet. II p. 62. 199. 548 W.: unde vides quantopere fabularum Aphthonii firmetur auctoritas.

2) Fabulae quae novae videbantur Millero et Eberhardo (obs. 24) Mill. 6. 60 Augustanae sunt 99. 38 (Hl 70. 2).

3) In vera antiquitate eum esse peregrinum, multa docent. Fab. 48 (Cor. 384), quam epigrammatis quibusdam anthologiae usus composuit (cf. A. P. IX 44. 45 = Auson. ep. 22, atque A. P. IX 101), τῶν γιγανταίων τις inducitur, ᾧ Κύκλωψ ἦν ὄνομα. Fab. 18 Ἀπόλλωνος εἰδωλεῖον commemoratur; fab. 32 tota christiana.

buerit Babrii librum an Aesopea quaedam e Babrio aliisque fontibus excerpta.¹⁾

Saepius Babrii quasi umbram agnosces in fabulis *Accursianis* (A^c) et *Florentinis* (F, e codice Casinensi a Furia editis), quarum compares *Vindobonenses* (Vⁱ) a Feddio descriptae progr. Vratisl. 1877. Nam vel ei, qui medio aevo Babrii inventa versibus Byzantinis refinxerunt, Babrii choliambos clementius tractarunt, quam rhetores illi, quorum manus fabulae Augustanae Aphthonianae Syntipeae passae sunt. In fine potissimum *Accursianae* (A^c), quae vulgatis editionibus plerisque repraesentatur (apud Corain fab. 1—144), spissae incedunt argumentorum Babrianorum catervae, ita ut fabulas inde a fol. 33 (Cor. 124—144) e paraphrasi Babriana profectas esse appareat. Ex eodem fonte singula quaedam capita per totum illud corpus dispersa videntur.²⁾ Etiam is qui *Accursianae* fabulas illas adiecit, quae in Frobeniana (F^r) Hervageniana Neveletana leguntur 145—149³⁾, praeter alios fontes Babrii paraphrasin

1) Librum 'Sophi' vel potius 'Esopi' lingua Syriaca conscriptum, quem edidit Landsberger (*Sophos, syrisches Original der gr. Fabeln des Syntipas, Posen 1859*), si Ps.-Syntipas Byzantinus sermone Graeco expressit, Syrus ille fabulas Graecas adhibuisse censendus est. Verum Landsbergeri illa somnia (quae pro oraculis habuerunt Nicolai alii) tam sunt futtilia, vix ut hominem sana mente fruentem ea concepisse tibi persuadeas (cf. Keller *Unters.* p. 330). Nam Syriacas istas fabulas ex exemplari Graeco conversas esse, non Graecas conversas e Syriaco cum libelli titulus tum argumenta atque sermo vocabulis Graecis distinctus (טוטכום = τέτιξ, קוקנום = κύκνος sim.) alta voce clamant. Adde illud quod qui eas conscripsit Graeca quaedam non satis intellexit atque ineptissime corrupit. Ita cicadam (τέτιγα) p. 3 sq. avem fecit; cycnum nascentem canere finxit, non morientem p. 10; celeberrimae fabulae Archilocheae p. 41 vix umbram reliquit; αἰγας ἀγρίας taurum cornibus ferientes in perdices mutavit p. 100.

2) Utor bibliothecae Dresdensis exemplari; nam liber ille perrarus nec Tubingae invenitur nec Stuttgartiae.

3) Eas vix inveniri ante Frobenianam editam observavit A. Hausrath. Ego uti soleo Hervageniana a. 1554 ad Frobenianae exemplar fideliter expressa. Addita sunt in Hervageniana

adhibuit, unde repetitae F^r (= Froben. Hervag. Nev.) 145. 147. 148. Ceterum qui has quaestiunculas retractaturus est, is Aesopeorum editionibus recentissimis ne esto contentus Kelleri vel Gitlbaueri more¹⁾, verum ipsa corpora vetera adito²⁾ ab Accursio Stephano Neveleto Hudsoni aliis edita, quibus carere non poterimus; priusquam Aesopeorum editionem criticam in lucem emiserint qui hanc provinciam susceperunt.

CAPVT III. DE EXCERPTORIBVS ET IMITATORIBVS.

Magna ista fabularum corpora e variis collectionibus corrassa dubium non est quin haud pauca contineant ar-

p. 254 sq. excerpta quaedam ex Prisciano (Hermogene), omissae notae batrachomyomachiae margini ascriptae praeter glossas tres paginae 265.

1) Ipsum Halmium praeter Corais Furiae Schneideri editiones omnibus tritas nullum fere adhibuisse librum aut manuscriptum aut typis expressum vix credas. Verum ut exemplo utar, Syntipae qui dicitur libellus ei non notus nisi per Furiam et Corain: unde Synt. fab. 54 a Furia et Corai non recepta etiam apud Halmium desideratur. Dicit omnino nequit, quam Aesopeorum editio ab Halmio composita his studiis obfuerit. Nam qui linguas et fabellas comparare potius solent, quam pertractare, ei ex tenui eius libello fabularum Graecorum testimonia et exempla idonea repeti posse libenter sibi persuaserunt; atque etiam philologus ille qui de historia fabulae Graecae quaestiones conscripsit multifaria doctrina exornatas excerptis Halmianis se continere solebat. Halmii editio puerorum potius quam virorum usui apta est; nam argumenta fabularum componere satis habens nullum fontem exhausit, multos neglexit, veluti Ps.-Dosithei fabulas Millerianasque, diversissima confudit atque ad unam normam correxit et corrupit. Quid quod tacite recepit quae ne antiqua quidem sunt; nam caput 241 apud scriptorem veterem legitur nullum, sed paucis verbis exceptis a Camerario atque Corai fictum est. Illud quoque lepidum, quod codicem Augustanum bibliothecae Monacensis cui praeerat fecit 'Wolfenbuttelanum' praef. p. IV: quod recte monuit iam A. Hausrath l. s. p. 249. Viri egregii errores silentio praeterissem, nisi ipsa res ut aperirentur flagitaret.

2) Hudsoniana a. 1699 (1718) in Germania satis rara, sed sufficit Hauptmanniana ad exemplar eius Lips. 1741 expressa.

gumenta Babriana libris Athoo Vaticano Bodleiano non recepta. Quae ut cognoscas usui tibi sunt cum *lexicographorum* (Suidae, Etym. 'M.', Zon.), *Georgidae*, *Tzetzae* excerpta, tum *imitatorum* Babrii qui numeris *dactylicis* singulos paene choliambos eius expresserunt testimonia quaedam et fragmenta infra p. 215 sqq. digesta. Accedunt Ps.-Dosithei libellus atque Aviani et Ignatii fabulae elegiacae et iambicae. De *Ps.-Dosithei* copiis quid nunc sentiam infra professus sum p. 3; *Avianum* Babrio, quem in praefatione laudat, auctore usum esse fere unico res est confessa.¹⁾ *Ignatius* vero Babrii fabulas in epitomen se coegisse in inscriptione ipse praedicasse videtur; nam quamquam tituli verba pro indole librorum nimis variantur, tamen Babrii nomen semper Ignatii nomini aut adicitur aut pro eo substituitur.²⁾ Praebent enim

Chalcensis Papadopuli s. XIII *Νουθεσία Ἰγνατίου καὶ Βαβρίου*, ubi auctorem primarium more veterum altero loco nominatum vides,

Vindobonensis Lamb. 133 s. XIV *Βαβρίου ἐν ἐπιτομῇ μεταγραφὲν ὑπὸ Ἰγνατίου Μαγίστορος*,

Paris. 2791 A a. 1420 scriptus *Ἰγνατίου Διακόνου τετραστίχα δι' ἰάμβων ἐκ τῶν Βαβρίου (B corr. ex X) Αἰσωπικῶν μεταφρασθέντα κτλ.*,

Marcianus Venet. s. XIV *Βαβρίου ἐν ἐπιτομῇ ἰάμβοι τετραστίχοι*,

Berolin. s. XV *μῦθοι ἔσοποι (Αἰσώπειοι) ἰαμβικοὶ τετραστίχοι Βαβρίου τοῦ σοφιστοῦ*,

Paris. 1140 A *τετραστίχα Βαβρίου γραμματικοῦ Ἑλληνοσ ἢ ὡς τινες λέγουσι Αἰσώπου μᾶλλον*,

Hafn. s. XV *Χαβρίου μῦθοι ἐν ἐπιτομῇ*,

Paris. 522 *Φαβρίου μῦθοι διὰ τετραστίχων*, atque similia (*Χαβρίου, Γαβρίου Ἑλληνοσ*) ceteri.³⁾

1) Cf. quae exposui in encyclopaedia a Wissowa edita s. v. Avianus et infra p. 201.

2) Exceptis libris perpaucais cisque recentissimis, quarum auctoritatem prorsus nullam esse nemo negabit.

3) De codicibus plura dabit C. F. Müller infra p. 254 sqq.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Horum igitur auctorum testimoniis aut coniunctis aut singulis adiuti in amplis illis fabularum collectionibus paraphrases Babrianas investigare possumus haud paucas, in quibus si etiam sermonis Babriani et artis color quidam quamvis dilutus observari potest, dubitationi locus relictus est fere nullus. Verum multo plures Babrii fabulas inter prosarias sepultas resuscitare sibi visi sunt Gitlbauer aliique multi solis rhythmus choliambici et sermonis Babriani vestigiis disiectis ducti atque dubiis. Quae indicia sola ad certum finem nos perducere nego: tam saepe cum Gitlbauer tum alii, penes quos maior est auctoritas, pro Babrianis vendiderunt, quae paraphrastae Byzantini esse fabulis Vaticanis et tabulis ceratis inventis didicimus. Horum igitur exempla quaedam selecta inter incerta relegavi. Verum id hac opella mea me consecutum esse credo, ut quae argumenta Babrius tractaverit commodius nunc cognoscas.

Ceterum solae paraphrases ubi nobis praesto sunt, fabulas integras qui se restituisse gloriatur, fumum vendit. Ego Tyrwhitti potius exemplar secutus et Eberhardi particulas colore Babriano conspicuas crassioribus litteris a paraphrastae verbis distinxi; supplementa mea atque commenta paucis quae satis probabilia videbantur exceptis in adnotationem relegavi.

CAPVT IV. DE BABRII AETATE ET ARTE ATQVE DE RATIONIBVS EMENDANDI.

Vides igitur satis multos recludi posse fabularum Babrii fontes, sed impuros illos omnes ne Athoo quidem excepto, qui quantopere a diasceuasta esset turbatus supra vidimus.

a Plutarcho aliisque auctoribus accepit, Babrium non novit (cf. Opusc. XIV p. 110, 4 *σελήνης* . . . *μήτηρ* = Plut. VII sap. 14; ib. 43 p. 108; ep. p. 353, 42. 331, 10. 346, 58 et quae exposui Mus. Rhen. XXXIX 304).

Iam si quaerimus ad quam quasi normam poetae sermonem et artem ipsi dirigamus, illud potissimum cognoscamus necesse est, qua aetate videatur floruisse. Nam qui Bergkium secutus ultra principes poeseos Alexandrinae auctores eum promovet vel cum Gutschmidio et Kellero Nicandri fere eum facit aequalem, is verba poetae coniecturis multo audacioribus refinget, quam qui labente antiquitate eum vixisse sibi persuaserunt. Atque quamquam dubitari posse nunc concedo, prooemii alterius βασιλεὺς Ἀλέξανδρος sitne Alexander Severus vel Caracalla an regulus quidam sub Romanorum imperio in extremo oriente regnans¹⁾, summa tamen eorum quae ante hos viginti fere annos conscripsi de Babrii aetate (*Leipz. Stud.* II) etiamnunc probabilis mihi videtur. Babrius igitur, cuius *ipsum nomen Romanum est*²⁾, *imperatorum*

1) Ad Severum pr. II 1 ego retuleram (de Babr. aet. 239), ad Alexandrum regulum Iudaeum Lachmannus, quem ad Babrii aetatem definiendam Apollonii potissimum testimonio falso usum esse (cf. infra p. 209) ne obliviscaris; denique Caracallam commendavit C. I. Neumann, *Mus. Rhen.* XXXV 301. Cf. quae disputavi in encyclopaedia Wissowae II col. 2657 sq.

2) CIL. I 1412 X NER. BABRIVS . T . F inter sex viros Assisinate qui 'morum ab fornice ad circum et fornicem cisternamque . . . faciundum coiravere'; CIL. I 566. X 3779 (Capuae) P . BABRIVS . L . L et . . . BABRIVS L . L . inter magistratus qui 'Cererus morum et pluteum . . . faciundum coiravere'. Vetustior titulus Umbricus Aufr. et Kirchh. p. 389 NER . T . BABR . MARONATEI. Alios Babrios Baburios Babrinios praebent CIL. vol. V sqq. Wernerii errores (cf. *litt. Centralbl.* 1892, 3, 90) refellere non opus est; hominis indolem ut introspicias pauca eius verba ascribo. '*Sed ex ea re [e titulis Latinis] non sequitur ut Babrium fuisse vernaculum Romanorum nomen gentile putemus, quia fieri poterat, ut a Graecis [apud quos nunquam occurrit neque in litterarum monumentis neque in inscriptionibus] transferretur ad Italos, praesertim cum Babrii nomen plerumque fuisse libertinis constet, sed omnino non usitatum, quoniam [!] aliter explicari non potest, quomodo de nomine poetae orta sit controversia. Babrium enim dicit Avianus, Babrium Tzetzes, utramque formam exhibet Suidas, Chabriam Apostolius, Γαβρίων . . . codex Harleianus.*' Lepidi Tzetzae et Apostolii de antiquo nomine apud Avianum atque

Romanorum aetate fabulas suas conscripsit; vitam degisse videtur *in orientali parte imperii Romani*.¹⁾ Sophistarum et rhetorum studiis qualia tunc florebant se initiatum esse ipse testatur prooem. II (cf. infra p. XXXII). In universo eius dicendi genere, quod planissimum est et summae maxime in enuntiatis coniungendis simplicitatis, illius aevi ingenium spirat, quo Herodotum potissimum et Xenophontem imitati liberum quendam et facilem sermonem excolere studuerunt Aeliani et Philostrati ceterique qui summam scriptoris virtutem ἀφέλειαν esse censebant sophistae et artium scriptores.²⁾ Quo in genere hoc quoque loco illud paucis perstringam, quod poeta in colis quibus admodum delectatur brevibus et se excipientibus simplicitatis illo studio fere insipido commotus eadem vocabula repetere non desinit, cf. 54, 1. 2. εὐνοῦχος ἦλθε πρὸς θύτην . . . ὁ θύτης δ' . . . εἶπε; 112, 1 μῦς ταῦρον ἔδακεν· ὁ δ' ἐδίωκεν . . . τὸν μῦν, sim. 58, 2. 3; 64, 1. 2; 73, 2. 3; 77, 1. 2; 82, 1. 2; 85, 1 sqq.; 86, 1. 4; 99, 1. 2 (64, 3. 5; 66, 2. 4); talia

in titulis vetustis tradito controversiam habentes. Werner poetam Aegyptium fecit, cum pavonem, quod animal Aegyptiis ignotum fuisse ex Hehnii libro colligit, non nosse videretur — fabulam scilicet 65 in qua primae eius sunt partes proscribit (cf. Philol. LII 250¹⁰). At de antiquis Hehnus Aegyptiis loquitur: Graecos et Romanos Aegypti vitam degentes pavonem pernosse quis neget? Testem addo Achillem Tatium Alexandrinum I 16 p. 35 Hch. pavonis memorem. Sed fabulam 65 genuinam esse ne Rutherfordus quidem negavit, quem a partibus suis stare temere contendit Werner.

1) Novit Arabes et Aegyptum: fab. 57, 12 (8, 1). 131, 5; cf. dissertationem meam de Babr. aet. p. 274², Philol. vol. LH 251, Wissowae encycl. l. s.

2) Cf. Hermog. περὶ ἰδ. II 3. 12, qui Nicostratum, quem Babrii auctorem fuisse conieci, propter ipsam hanc simplicitatem summis laudibus effert (de Babr. aet. 200². 228). Plura dabit W. Schmid, *Der Atticismus* III 11 sq. IV 8 sq. — Bergkius Philol. XLVII 397 fabellam 178 (de rosa et amarantho) a Babrio abiudicat, cum 'sophistae magis quam poetae stilum resipiat' — quasi non resipiant fabulae Athoae. Sed vides quam tenaciter opiniones suas servaverit. — De Babrio sophista accuratius egi in Wissowae encyclop. s. v., vol. II col. 2662 sq.

enim corrigere solent imperiti (cf. de Babr. aet. p. 200 sq.). Aetatis illius more adsidua quidem lectione scriptorum et poetarum antiquorum Babrius se imbuerat¹⁾, sed praeter linguam Latinam, cuius incerta quaedam vestigia in fabulis eius observari possunt, ipsum volgatum illum sermonem callebat quo primis p. Chr. n. saeculis Graeculi utebantur cum alii tum Alexandrini²⁾; nihil igitur mirum, si vocabulis formis compositionibus antiquis novicia et quasi discoloria aspersit.³⁾ Itaque servavi vel revocavi 11, 9 ἄλωνα, 105, 4 ἀφείλω (Rth), 77, 1 δεδηχώς; 5, 7 στέγους non correxi cum Bergkio, nam licet στέγος nominis casus obliqui poetis antiquioribus non sint triti, inveniuntur apud Manethonem aliosque illius aetatis. Neque verborum genera (4, 2. 141, 6) modosque praeter consuetudinem adhibita severe emendavi (cf. 93, 1. 103, 17. 141, 3, de Babr. p. 200³⁾), vel οὐ admissum ubi μὴ, μὴ ubi οὐ expectes (cf. 131, 17. 46, 10. 97, 8. 37, 10). Talia enim quam late tunc dispersa viguerint ea potissimum te docebunt, quae nuperrime *W. Schmid* composuit libri quem de Atticismo conscripsit vol. II. III.

Praeterea cum severissimis numerorum legibus orationem suam ita astrinxerit Babrius, ut exitum potissimum versuum cura fere nimia perpoliret, hoc loco cur ad vocabulorum formas plane inauditas fingendas confugerit facile potest intellegi. Hinc 57, 4 ὄνων pro ὀνίων *venalium*, quod

1) Cf. Zachariae, de Babrii dict. p. 4 sqq., nostra in Wissowae encycl. II col. 2663 sq., infra p. XXXII sq.

2) 'Alexandrinismos' quos vocant haud paucos apud Babrium inveniri iam Zachariae observavit p. 24 atque multa nunc addi possunt. Quamquam (quod olim Bureschio opposui morte praematura his studiis erepto) verendum est ne in communi Graecorum orientalium consuetudine fuerint, quae papyrorum potissimum testimoniis freti solis Alexandrinis adsignamus. — Ceterum iam A. Eberhard de sermone Babrii e κοινῇ illustrando multa docte commentatus est in observ. Babrianis, quas magno suo incommodo quidam neglexerunt.

3) Cf. Rutherford, Introd. p. LVII sqq. De Atticistis quae docuit *W. Schmid*, ea tuo iure ad Babrium transferas.

certa coniectura ex ἄνων restituit Eberhardus¹⁾; hinc πανθοίνην²⁾ συνδούλη feminina 95, 90³⁾ 3, 6, hinc ἀλιπλώων οὐραίης *βαρδύνεις formae singulares 62, 4. 110, 3. 4 et quae sunt similia.

Dialecti in libris Athoo et Vaticano ceterisque eam potissimum observabis inconstantiam, ut et volgatum -α scribatur et -η ionicum, veluti χώρας χώρης ἄν ἦν (42, 13) et alia id genus multa. Iam ipsum Babrium quae eius erat vetera et nova miscendi licentia formas quasdam dispares iuxta adhibuisse certum est: nam numero firmatae inveniuntur φύζα φυγή, φάος φῶς, νέη νεῆνις, νοῦσος νόσος, ποίη πόη⁴⁾, στεινός στενός, θᾶσσον τάχιον, οὐρανοῖο τόξοιο φίλου, βασιλεῖς βασιλέως οὐρήεσσι βασιλῆα, πόλει πόληας, ἄλωνα ἄλω, ποσσίν ποσίν, μύας μῦς, πόσσον τόσσος πόσον τόσος, χωρίσσης εἰρούσσας χωρίσας, χρυσεῖην χρυσεῶ χρυσεῆς χρυσά, σιδηρείους σιδηρᾶ, βαθειή ὀξειή βαθεή ὀξέη, ζωαγρίους ζωαγρεῖν, εἶαρος ἦρος, Ἑρμείην Ἑρμηῖν, ἡμέων ἡμῶν, σφέας σφᾶς, αἰίδω ἄδεις, ἐών ὶν, ἐσσί (77, 7) εἶ, ἐάν ἦν, εἶσω ἔσω. Verum harum formarum altera ipsa mensura differt; itaque cur aut longiorem admiserit poeta aut breviorē facile perspicies: θήρη et ἄν cur altero loco scripserit, altero θήρα atque ἦν nemo explicabit.⁵⁾ Talia igitur corrigenda mihi videbantur, nisi quod pseudionismos restituere dubitavi. Nam ut omittam vitiosum illud μίην, quod

1) Cf. obs. Babr. p. 6, ubi qui citantur auctores Schaefer ad Greg. Cor. p. 634, 18 Cobet var. lect. 14 nov. lect. 612 Jacobs Achill. Tat. 811. 926 de compendio disputant; Babrii locus singularis.

2) Athoi παντοίην glossa est, cf. Eb. obs. Babr. 27.

3) πανθοίνην vix scripsisset pro πάνθοινον, nisi versus paenultimam utique accentu feriri voluisset. Cf. Lobeck, Paralip. gramm. Gr. p. 465. Ceterum etiam vetustiores poetas metri rationibus ductos adiectivorum formas insolitas finxisse iure sibi sumpsit H. Delbrück, synt. Forsch. IV 64.

4) Formam gemellam χλοίη 181, 3 revocare non dubitavi.

5) 107, 14 κείρας praetulisse videtur κέρσας formae (128, 2), ne in duobus versibus vicinis paenultima syllaba sola positione produceretur. — In universum Eberhardum sequor obs. p. 51 sq. et Rutherfordum p. LXII.

pro vera Athoi et Vaticani scriptura inde a Boissonadio solent substituere 47, 8. 131, 2. (Gb 199, 3)¹⁾, vel quod tacite Rutherfordus restituit 48, 3. 119, 6 Ἑρμείη²⁾, ne λείαν quidem correxi 67, 3 neque λιμώττειν 45, 8. 140, 3, cum λείη (pro ληίη) λιμώσσω verba scriptoribus ionicis omnino sint ignota (cf. p. LXI¹⁾). Atque sicut λεία servaverit poeta, ita, si constanti codicum testimonio fides est, ἰατρὸς ἰατρούω ἰατροεῖα et (quod magis dubiosum) ἐπειράθην e communi dialecto retinuit pro ionicis ἰητρὸς ἰητροεῖα ἐπειροθήθην, quamquam ἰήση et ἀπείρητος, quae apud epicos legerat, iuxta ἰατρούει ἀπειρος volgaria posita admisit 120, 2. 95, 63. Eiusdem generis sunt ἠττήθη ἠττης ἠττων, quae formae omnibus Athoi locis scriptae inveniuntur. Denique verba in -αω -εω -οω pleraque volgato more contraxit, sed idem (ἐ)πωλεύμην formam 128, 11. 129, 24 teste Vaticano e carminibus epieis (πωλεύμην χ 352) in fabulas suas transtulit.³⁾ Nam quod 128, 11 traditum est μέσοισι πωλεύμην, cave ne corrigas; augmentum eum in tali forma abiēcisse non mirum, cum etiam ἐλαφρούνη sim. admisit (cf. p. XLI) atque tempori plusquamperfecto αὐξήσιν χρονικήν sicut Homerus aliquotiens dempsisse videatur (cf. infra p. LVI, Eb obs. p. 12). Verum toto quasi habitu, quod olim monui de Babr. p. 200²⁾, Babrii versus a prosa Aeliani Philostrati Synesii vix diversi sunt nisi metro. Quippe poeta dialecti ionicae colore antiquo et continuo, quo Alexandrini veteres, sermonem suum obfuscare et noluit nec potuit modico quasi condimento contentus³⁾: quod temporis Herondae vel Callimachi vel adeo Nicandri multo recentioris indicium apertissimum est.

1) μίη μίην formae neque (quod iam Nauckius monuit *Mél. Gr.-R.* IV 664) testimoniis firmantur (cf. tamen Sibyll. XIV 353 p. 231 Rzach) neque rationibus grammaticis defenduntur, cf. R. Meister, *die Mimiamben des Herodas* p. 844.

2) Ἑρμεία apud Homerum Babrius invenit, cf. ε 29. 87, θ 335, Ω 334. Immo 30, 1 quaeri potest, rectiusne cum Suida scribatur Ἑρμείαν, an Ἑρμείην cum Athoo.

3) Verborum contractorum veteres formas non contractas omnino vitavit: quo in genere multa peccarunt critici.

Ultra augustos illos dialecti emendandae fines certa via nos progredi posse nego. Nam qui Bergkii aemuli vocabula requisitoria et vetustiora quovis pacto restituunt, ei periculum est ne poetam potius corrigant, quam librariorum et diasceuastas.

Ipsos quibus Babrius usus sit *fontes et auctores* qua ratione indagare possemus paucis explicavi in encyclopaedia Wissowae II 2658 sq. Primum igitur teste prooem. I antiquo quodam Aesoporum corpore fonte usus est fere unico. Operam retractaturus fabularum et exemplorum collectionem adhibuit a *rhetore* recentiore compositam, a qua etiam Theo pendet cap. 2 p. 258 W.; idem *apothegmatum et proverbiorum scriptores* consuluisse novumquē *παροιμιῶν ἐξηπλωμένων* genus excoluisse videtur. Hinc quae pr. II de fabulis et fabulatoribus docentur hausta sunt, hinc depromptae fabulae quaedam a scriptoribus antiquis et nobilibus fictae vel ad proverbiorum veterum enarrationem spectantes. Cf. Theo l. s. *μύθου δὲ [εὖ ἔχοντα παραδείγματα, ἃ χρὴ προστάττειν τοῖς νέοις ἐκμανθάνειν]*, *ἁποῖός ἐστι* 1) *παρὰ Ἡροδότῳ* (I 141) *τοῦ ἀύλητοῦ* [= Babr. fab. 9] *καὶ* 2) *παρὰ Φιλίστου* (FHG. I 187 fr. 16) *τοῦ ἵππου καὶ τῶν* [*καὶ ἀνθρώπου?* = Babr. fab. 166]¹⁾, *ἐν ἑκατέρῳ ἐν τῇ πρώτῃ καὶ ἐν τῇ δευτέρῃ· καὶ* 3) *ἐν τῇ εἰκοστῇ Θεοπόμπου τῶν Φιλιππικῶν* (FHG. I 302 fr. 139) *ὁ τοῦ πολέμου καὶ τῆς ὕβρεως, ὃν ὁ Φίλιππος διεξέρχεται πρὸς τοὺς αὐτοκράτορας τῶν Χαλκιδέων* [= Babr. fab. 70, cf. Philol. LIV 745], *καὶ* 4) *Ξενοφῶντος ὁ τοῦ κυνὸς καὶ τῶν προβάτων* [= Babr. fab. 128] *atque Diogenian. περὶ παροιμιῶν* Paroem. I p. 178. Fabulas ad apophthegmata et proverbia referendas vel e paroemiographis haustas indicavi l. s. col. 2662 sq. (cf. adn. et ind.); eiusdem fere generis 158, cuius summa voceis *κερδῶ* originationibus scholasticis contineri videtur. Archilochi et Callimachi utrum iamborum

1) In Wissowae encyclopaedia scriptum est 165, nam unam fabulam schedulis dum typis mandantur inserui.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE \$3,999,994

Did you know we sell
paperback books too?

To buy our entire catalog
in paperback would cost
over \$4,000,000

Access it all now for
\$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

Hinc fabularum emendandarum et supplendarum subsidium repetitur haud spernendum. Quamquam singulorum locorum discrimine non satis respecto ne alterum ex altero corrumpamus potius quam emendemus neve quae diversa esse voluit poeta ipsi exaequemus vel confundamus sedulo cavendum est. Veluti 12, 11 πρὸς οἶκον ἀνθρώπων ad locorum similium exemplar non mutandum est in πρὸς οἶ. ἀνθρώπου (quod a. 1879 proposuerat Eb): nam fab. 12, 11 hominum vici silvis et solitudini opponuntur, fab. 74, 2. 108, 15 certi cuiusdam hominis domum intramus. τι τῶν ὄντων aliquid eorum quae domi erant aptissimum est 74, 5, minus aptum 57, 4, ubi eundem exitum coniectura restituit Nauckius. 5, 5 εὐθύς ἐπὶ τὸ δῶμα πηδήσας (lectio omnino incerta) Bergkio causa fuit, cur 125, 1 scriberet ἀναβὰς ἐπὶ τὸ δῶμα pro ἄ. εἰς τὸ δῶμα: quid vero, si hoc loco dactylus post tribrachum poetae non placuit? μορφήν — λαβεῖν necessarium 32, 3 in mustelae nupturientis fabella, neque tamen cum eodem novandum 71, 6, cui loco φωνήν convenientius est (cf. Il. N 216). Simili ratione diversi 31, 10 et 66, 4. Bergkii potissimum recentissima quaedam inventa hoc crimine non sunt immunia, e quibus pauca selecta invenies infra p. LXXIII sqq. Verum quicumque membra per paraphrases disiecta compositurus et suppleturus est, locis similibus collatis saepe ipsius poetae auxilio et ope se adiuvari sentiet.

Utilissimum denique emendandi subsidium a *metrica poetae arte* repetitur legibus severissimis astricta. De qua quae olim exposuit *Carolus Lachmannus* in praefatione editionis Berolinensis, ea novis harum fabularum fontibus testibusque inventis adeo sunt firmata, vix ut periculum sit ne unquam labefiant (cf. Philol. LIII p. 249 sq.). Post Lachmannum de clausulis conformandis observationes utilissimas protulit *H. L. Ahrens*¹⁾, quarum summa in eo

1) Cf. append. progr. de crasi et aphaeresi, quam alteri opusculorum eius volumini inseruissem, si volumen prius plures emptores invenisset. E latinae linguae natura legem illam

vertitur, ut *paenultima semper accentu feriatur*, ultima longa brevi, paenultima natura longa positione longae plerumque praeferatur. Denique de variis pedum figuris et verborum generibus adhibendis multa bene praecepit *Alfredus Eberhard* in observationibus Babrianis a. 1865 editis atque in praefatione Babrii.¹⁾ His subsidiis usus *M. Ficus* Babrii choliambum cum cura descripsit ad calcem artis metricae Rossbachianae.²⁾ Ego cum in dissertatione mea pedum trisyllaborum rationes atque monosyllaborum in fine versus vitandorum leges illustravi (p. 166. 195)³⁾, tum universam poetae artem paucis adumbravi in encyclopaedia Wissowae vol. II col. 2656. 2665.

Dubios quosdam locos per hanc occasionem retractabo.

De *anapaestis* praeter primum pedem admittendis adhuc sub iudice lis est. Omnibus exemplis iterum per-

paenultimae accentu feriendae atque longarum thesium solvendarum rationes (infra p. XXXVIII) explicandas esse ipsi Ahrensi probavi (de Babr. aet. p. 164 sqq.). Oblocuti sunt alii, e quibus honoris causa nomino Fridericum Hanssen mus. Rhen. XXXVIII 239 sq., *philol. Anz.* XIII 423. Paenultimam natura longam Babrio in deliciis esse sane memorabile; verum quod illum fugit idem est observare apud Romanos (Cat. 8. 22. 37). Certe hinc aut legis illius explicationem repeti aut emendationem vel crisin dirigi posse pernego. Fab. 23 si a Babrio abiudicaturus erat Hanssen (mus. Rhen. l. s. p. 240²⁾), universi libri examen accuratius instituere neque Gitlbaueri editione contentus esse debebat. — Ea quae nuper contra Ahrensi aliosque disputavit Werner in usum meum convertere non potui.

1) Eberhardus cum p. IV* levis erroris arguit Wilamowitzium, ipse vereor ut erroris sit immunis; ea enim quae de accentu vitioso monet Wilamowitzius ad Hauptii opusc. I 152 ad *φῦλον* vocem referre videtur, cum spectent ad *ἡμᾶς ἡμας*.

2) Deutschmanni libellus pauca praebet quae respiciamus.

3) Monosyllaba enclitica cum monosyllabis coalescentia (*ἦτις ὡσπερ τοίνυν μήπως* 136, 4) in exitum admisit, nunquam admisit qualia recentiores coniecerunt *Κίβυσσός τις* (Benfey ad pr. II 5) vel adeo *ὄσας εἰ ζῶν, λαγῶδες πτώξ* (Minas syll. alt. 13, 18. 68, 1). Ne οὐδ' ἄν τις quidem poeta dixisset, quod legitur 88, 2 in epimythio interpolato. Minus severus Herondas; *Romani*, quod l. s. exposui, plane faciunt cum Babrio. Cf. etiam Weinberger, Serta Hartel. p. 118.

pensis Lachmannum et Eberhardum, cum Babrium licentiam illam aut plerumque vitasse aut prorsus defugisse docuerunt, multo propius ad veritatem accessisse intellexi, quam qui diasceuastae commenta futilissima servare atque anapaestos coniectura restitutos versibus ultro inculcare solent Deutschmannum Gitlbauerum Wernerum (p. 19, cf. *Litt. Centralbl.* 1892, 3, 90). Sed inveniuntur exempla quaedam Eberhardo aliisque suspecta, quae levi medela non tolles, veluti κρεῶν τ' ἀνεωγὸς ἄγγος 27, 6^a 1); τῶ τῶν Ἀράβων 57, 6; κύων ἐδίωκεν 69, 2; καὶ κορυδαλλός 72, 20; ὄνος παλιούρων 133, 1. Haec ego expellere dubitavi; quippe aut *nominum propriorum* vel *vocabulorum artis* (Lm) excusationem habent, quam etiam παλιούρων et κορυδαλλός verbis deberi censeo, aut ita sunt comparata, ut anapaesti arsis vel semipes prior *unius vocabuli syllabis brevissimis contineatur coniunctissimisque*, in quibus ε vel ι vocalis altera vocali ita excipitur, ut synizesi Babrium indulgisse suspicari liceat.²⁾ Talia ne Herondas quidem semper vitavit, quamquam et ipse anapaestum ex lege non posuit nisi in primo versus pede; admisit enim II 8 τῆς πόλιος κῆγώ; II 31 τῆς πόλιος καλυπτῆρες; VI 5 adeo ἡ μακαρίτις formulam artis versus

1) ἀνωγὸς novari vix potest. Sim. 3, 5 τὸ κέρας κατέαξε, sed bene e tetrasticho κατηῆξε restituisse videtur Lm, qua forma iam Hippocrates usus est.

2) Pro παλιούρος Graeculi recentiores πάλουρος scribere solebant (cf. fab. 173^a), atque similem pronuntiationem ut tetrastichistam II 32, 5 (cf. 190^a, 2. 5. 7), ita iam Babrium novisse satis probabile videtur; cf. etiam ἐπεικειή — ἐπεικειή 104, 7; ταμιεῖον — ταμεῖον 108, 2; περιόντες — περιόντες 141, 6; ὄνων — ὀνίων 57, 4. Huc etiam illud referri potest, quod 88, 2 ὁ τῶ χαραδριῶ colon penthemimeres explet, quamquam syllaba ante δρ sub ictu posita vix unquam corripitur. Simili ratione explicare possis quod Ahrens coniecit 57, 11 καὶ περιόντας: sed coniectura ne talia quidem restitui possunt in altero potissimum hemistichio. Procul habendum τὴν σισύραν τ' ἐκδύσει 18, 3, ubi syllaba deest, atque τὴν σισύραν 8, 12, quod iam Lachmannus in suspicionem vocavit p. XIII. 70, 2 transpositione ab omnibus recepta ἐφ' ἅπασιν anapaestus remotus est.

initio non aptam: in qua memorabile quod ρ liquida invenitur sicut in duobus Babrii anapaestis. Itaque dubitari posse concedo rectene corrigatur quod tamen corrigitur facili negotio τούτῳ κεχόλωμαι 10, 12¹). Ceterum casui tribui vix potest, quod anapaesti illi praeter primum pedem admissi paene omnes incidunt in pedem alterum, omnes omnino finibus continentur prioris hemistichii, cuius concitatiores et liberiores numeros esse facile observabis. Itaque etiam ab hac parte offensionem praebet quod poetae coniectura obtrusit Gitlbauer Ps.-Babr. 150, 1 ηὐχετίασε τῷ Φοίβῳ. Duo anapaesti vicini (∪ - ∪∪ -) nunquam occurrunt atque procul abhorrent ab anxia poetae arte. Cetera quae A praebet exempla satis frequentia aut in epimythis spuriiis inveniuntur aut in versibus inepte interpolatis, cf. quod durissimum est ἐπὶ σηκὸν ἄγειν (∪ - ∪ | ∪ -) 3, 3; οὐδ' ἀλύοντα (in hemistichio altero) 9, 11; μόνοι θ' ἐάλωσον (ἄ!) 31, 20; ἐπὶ τῷ θεραπεύειν 75, 16; (∪ - ∪ -, vera lectio e paraphrasi repetenda), sim. 50, 21. 85, 20 etc. Quamquam haec mirum quantum placuerunt Wernero, qui 22, 12 ἔθηκαν ἐραστήν (∪ - ∪ | ∪ - -!) divinavit.

Anapaestos duo coniunctos ut defugit, ita anapaestum solutum vel *proceleusmaticum* nunquam admisit Babrius, ne in primo quidem pede; nam βασιλέα δέ φησι 95, 75 certa emendatione correctum est, atque quae apud Gitlbauerum leguntur ὁ δὲ πάλιν ἐδυσχέρανε 201, 7 ἐπὶ τὸν ὄνον ἐτρόπη 202, 3 δύο κύνας ἔχων τις 208, 1, ea temere ficta sunt ab editore.

Anapaestis primi pedis admittendis poeta non fuit parcus neque versus se excipientes duo (cf. 13, 11 sq. 16, 3 sq. 57, 9 sq. 74, 14 sq. 79, 3 sq. 131, 5 sq. 11 sq.) vel adeo tres (pr. I 8—10; 74, 8—10) ne ab anapaesto inciperent vitavit; ultra hunc numerum non processit.

1) Iniuria infra p. 18 Eberhardi κοιάνω (an κοιῶ γὰρ, ut 93, 4?) posthabui, nam ipse anapaestus diasceuastam prodere videtur. Exemplum simile 76, 12 σάλπιγξ τ' ἐκέλευε, ubi multo melius B τ' ἐφώνει (cf. 2, 11), ἐκέλευε pro glossemate habendum, cf. p. XX. Perinepte ut solet Deutschmann p. 18.

Anapaestum semper syllabis constare satis arte coniunctis facile observabis. Saepissime igitur uno vocabulo continetur, velut ἀγοραὶ δὲ, ἐλάλει δὲ (pr. I); vix minus frequens in initio monosyllaborum usus est vel singulorum vel binorum enclisi quadam cum vocabulo quod insequitur coalescentium, velut τὸ κέρας 3, 4; ὁ γεωργός 33, 10; ἐν ὁδῷ 48, 1; ὁ δὲ βοῦς 55, 6, atque quae duriuscula sunt τί ποτ' ἦν 58, 4; τί γὰρ ἄρτι 122, 15. Rariora in initio disyllaba, veluti ἐπὶ τῆς pr. I, 6 ἕνα βοῦν 55, 1; ἄγε δὴ 12, 18; διὸ δυσκολαίνει 74, 15, sim. 66, 7; ὅπερ εἶχεν 106, 15; φίλος εἶ 87, 5. Ferrariae primae syllabae elisiones: τότ' ἐκεῖνος 76, 6 sim. 75, 11. 106, 25. Pausa vel interpunctione priores anapaesti syllabas nunquam divelli a tertia vix est quod moneam; imperite ab ipso ficta quae scripsit Gitlbauer 12, 67 „ἀγ“ ἔφη, 148, 6 „τί δ' ἄν“ ἦδ' „ἐποίεις“ εἶπ', 170, 2 ὁ δὲ „τοῦτο ληρεῖς, 188, 6 ὁ δ' „ἐπ' (vocali bis elisa!) ὠφελεία“, sim. 176, 5. 208, 5, cf. 199, 6.¹⁾

De ceteris pedibus solutis disputaturus post Lachmannum et Eberhardum paucis defungi possum. Igitur tribrachos et dactylos ubi admisit, *magna cum arte cavite ne qua brevis ex duabus postremis vocabulorum polysyllaborum syllabis neve ultima disyllaborum bibrevium sub ictu esset* (cf. Lachmann praef. p. XIV. Eberhard, obs. Babr. p. 6 sq.). Dixit igitur αὐ|τὸν ἐπὶ | τὸ 42, 3; Μῶ|μος ἔτι | γὰρ 59, 6; μὲν ὄνυ|χας 98, 7; εἶ|δε τὸ θε|ρος 88, 6; ταῦ|ρον ἔδα|κεν· ὁ δ' ἐ|δίωκεν 112, 1 atque τοὺς πό|δας | ἐνιζον 2, 10; εἰς λύ|κον | ἀλώπηξ 53, 1; ἡμί|ονος | ἀργῆς 62, 1; σκεψόμενος | ὁ δὲ 54, 2; nunquam dixit qualia multa invenies apud Gitlbauerum aliosque πλείονος ἔρος (Minas ad 123, 8) βαρέα | φέρων (Gb 145, 4), οὐδένα | φονεύω (Gb 171, 4), ἄλας ἐ|μεμισήκει (Bss 111, 16), ὁ βου|κόλος ἀγέλαστος (Bss 45, 14), ποτὲ μὲν | ἐπαινοῦντες (Gb 183, 12). Nam 95, 91, ubi A ἔγκατα praebet in primo pede, σάρκας

1) Choriambi anaclastici in metro primo admissi exempla ambigua (ĩ) 45, 8. 70, 7. 107, 10, cf. p. LX.

e Suida repeti potest atque qui in A legitur 95,75 βασι-
λέα | δέ φησι proceleusmaticus ipsa sententia suadente in
βασιλῆά φησι corrigitur. Reliqua sunt exempla 8, 2 πότερ'
ἀναβαίνειν et 29, 2 ζευχθεῖς δ' ὑπὸ μύλην; sed misera
haec esse vidimus tetrasticha a diasceuasta e fabulis ple-
nioribus contracta.¹⁾ Cetera quae in libris inveniuntur
solutionum vitiosarum exempla in epimythis versibusque
interpolatis inveniri res est confessa, cf. 72, 24, τοῖσιν
ἐ|τέρων 101, 29 πολλάκις | ἐν οἷς, 79, 7. 8, βίος ἀ|βέβαιος
et ἐλπίσι | ματαίαις 116, 16 κακὸν ἐ|πιχαίρειν (epim.), 22,
13. 16 ἐν | γε τιλλό|μενος (interpol.).

Praeterea, quod bene observavit Eberhardus p. VII,
tribrachys ubi in prima versus sede ponitur, *semper prima*
syllaba a ceteris dividitur, veluti τὸ βέλος ἐπηξεν 68, 7,
ὁ πόλεμος 76, 2; τὸ κρέας ἀφῆκε 79, 4; τὸ κυνίδιον δ'
ἐχαιρε 129, 2; τὸ ῥόπαλον ἴστατ' 145, 7. Tres vel quat-
tuor breves uno vocabulo coniunctae ab initio versus
omnino sunt exclusae. Hanc legem consulto poetam obser-
vasse eo lubentius tibi persuadebis, cum quam saepe inter-
polatores et veteres et recentes eam violarint considera-
veris, cf. 103, 20 μακάριος ὅστις (epim.); syll. II 14, 1
μέθεπε φάκελλον (Minas), Babr. Gitlbaueri 151, 9 μαχό-
μενος ἄρκτοις, 185, 3 ἐνόδιος ἔτυχε, sim. 189, 6. 195, 4.
210, 4; 174, 2 (?). Priore semipede ab altero disiuncto
lectoris ni fallor commoditati consulturus erat Babrius.
Caesurarum ratione illud explicandum, quod etiam in
pedibus tertio et quarto prima syllaba plerumque divi-
ditur a ceteris, veluti ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπὶ τὸ δεῖπνον
42, 3; δροῦν αὐτόριζον ἄνεμος 36, 1; γῆρας δὲ λιπαρὸν
103, 10, exceptis duobus potissimum versibus 100, 3,
μέγας κύων ἐγένετο et 135, 1 πέρδικά τις πριάμενος (ubi
προ. τις coniecit Eb). Nam 99, 3 ἀλλ' ἐνέχυρον (ft. ἐχέγ-
γυον) prorsus incertum, cum una mora versui desit; 98,
19 ὡς ἀθέμιτον a diasceuasta adulteratum est.

1) Praepositiones disyllabas omnibus locis ictum in syllaba
priore habere (ἐπὶ τὸ δῶμα sim.) ex ipsa lege primaria con-
sequens est.

Idem illud tribrachorum genus etiam in altero pede maxime frequentatur, veluti *στρουθοὶ δὲ συνετὰ* pr. I 11; *ἐπῆλθ'*· ὁ δ' ἄδεῶς 5, 8; *κακῆς γὰρ ἔριδος* 134, 6; *ἐντεῦθεν Ἀραβες* 57, 12; *οὐ κόσμον ἀρετῆς* 104, 7, neque tamen alterius exempla desunt velut *σὺ μὲν | μαχομένη* 36, 10; *ἐν τοῖς θεμελίοις* 59, 14; *υἷὸν μονογενῆ* 136, 1; *τῶν μὲν πολεμίων* 85, 8, sim. 98, 9. 106, 14. 111, 8. 12. 18: quare in pedibus tertio et quarto caesurarum rationibus haec dirigi confirmatur.

Vides tribracho in omnibus pedibus Babrium usum esse praeter quintum et sextum, dactylo in primo et tertio. *Duos* pedes trisyllabos uno versu coniungere non dubitavit neque sedibus vicinis ne eos continuaret vitare studuit, cf. *ἀφόβως περιλαβεῖν* 98, 9; *μακρὸν ἐπέρα πεδίον* 43, 10; *μῦς ταῦρον ἔδακεν· ὁ δ' ἐδίωκεν* 112, 1 (cf. 36, 4. 117, 2); *σκεψόμενος· ὁ θύτης* 54, 2; *λέοντος ὑγραῖς χολάσιν· ὁ δὲ λέων* 1, 10: ubi brevibus crebris loci argumentum aliquotiens bene quasi depingi notandum est. Pedes trisyllabos tres in uno fabularum versu invenit Eberhardus 106, 15 *ὅπερ εἶχεν*¹⁾ ὁ λέων νεοδρομῶ λαβὼν θήρη: ubi quominus *εὐδρομῶ* substitutam cum Nauckio eo impedior, quod numerus ille concitatus ipsi argumento aptissimus est.²⁾ In fabulis Vaticani et tabularum simile exemplum invenies nullum; 184, 7 in B versus omnino solutus atque scribas potius *διὰ τοῦτ' ἄπαυστα* vel *ἄληκτα κτλ.*

Spondeo in quintam sedem admittendo Babrium aliquotiens rediisse ad antiquissimorum auctorum auctoritatem ipse Lachmannus docuit p. XIII; hinc summam sibi licentiam quidam sumpserunt, quamquam certioribus finibus Lachmanni observationes iam dudum circumscripserat Alfredus Eberhard praef. p. IV. Illud igitur certum, voces *polysyllabas* in molossum exeuntes minimam habere offensionem, quippe cum pausa nulla dirimantur. Tamen non

1) 106, 15 *εἶλεν*, quod Eb novavit cum Berolinensibus, quomodo cum *λαβὼν* coniungi possit non intellego. Inutiles Bergkii coniecturae *παρεἶχεν* vel *νεόδροπον*.

2) Simili artificio 13, 3 *χωλεύων* in v. exitu collocavit.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



habeant vetus est controversia. Ego verum fere vidisse opinor Alfredum Eberhard (obs. Babr. 4, praef. p. IV), quo qui aut liberiores fuerunt aut severiores, veluti Gitlbauer et Rutherford, damno haud mediocri haec carmina affecerunt. Itaque in versuum exitu Babrius quasi ex lege esse voluit syllabas natura longas ut cānoras et longis antecedentibus suppare¹⁾; interdum admisit quas proxime ad longas accedere sentiebat syllabas clausas in *ον* vel *ας* atque *ννν τις περ* voculas encliticas cum monosyllabo antecedente coalescentes (*τοίννν, ὡσπερ, ἦτις*)²⁾, ex apertis quas dicimus syllabis unam fere in *-α* (Eb obs. p. 8); scilicet ᾗ vocalis ὡς φύσει διογκοῦν τὸ στόμα longarum ambitum paene explere rhetorum erat doctrina (cf. Kuhn, *doctr. περὶ διχρόνων*, *Bresl. philol. Abh.* VI 51 sq., mea *Pauly-Wissowa encycl.* II 2665, 54). Hinc etiam illud explicandum, quod Babrius dixit ἀμείνονα σχῶν (5, 9), τὴν γαστέρα σχῆς (86, 10), non ἀμείνον' ἴσχω, τὸν γαστέρ' ἴσχης (quod coniecit Hilberg, quamquam ἴσχω formae in his fabulis testimonia desiderantur atque insolita est elisio, cf. p. LIII). Ad hanc normam fabulae codicibus tabulisque traditae diriguntur omnes neque emendationibus violentis admissis neque athetesibus temerariis. Singulare videtur, sed exemplis illis in *-ον* ad fine *μεθιέναι πίστιν* 100, 4; *ἰππεῦσιν* 76, 10 a sententia minus aptum quam *ἰππείην*; *κἀκεῖνος* 116, 13 in loco nimis obscuro legitur atque vix sano. Magis etiam dubiosi duo fab. 143 versus in *-ε* et *-εν* exeuntes; scilicet apud solum Suidam inveniuntur neque quin labem contraxerint dubitari potest. Alia diasceuastae vel epimythistae est ars, qui in paucis quos composuit versibus ut accentus legem aliquotiens violavit (37, 13. 65, 1. 73, 1. 140, 9), ita breves plures admisit in exitum, cf. *σὺν ἐσθῆτι* 65, 8, *ἐγυμνοῦτο* 22, 13, *εἰς ὕψος* 47, 16, *sim.* 81, 5. 10, 14. 37, 13. 107, 18.

1) Cf. *Philol.* LIII 219 sqq., ubi ipsis Babrii verbis (prooem. I 18. II 15) qua ratione versuum exitum pronuntiari voluerit explicavi.

2) οὐδ' ἔν τις interpol. 50, 19 a Babrii arte alienum.

Accentus legem argumentis iterum confirmare non opus est. Nam licet nonnulli priorum poetarum persaepe in paenultima versus syllaba accentum posuerint — id quod neque me fugit neque Eberhardum obs. p. 3 —¹⁾, nemo tamen, ut Eberhardi verbis utar, constanter persecutus usum fecit legem. In Babrii versibus, qui apud Ps.-Dositheum leguntur atque in tabulis ceratis, regulae laesae nullum fere exemplum invenies, in Babrii versibus Athois, epimythia si exceperis quae supra indicavi, perpauca et quae correcturis lenissimis et ipsa Babrii consuetudine commendatis dudum sint emendatae. ὑπεργήρως, quod restituerant pro volgato ὑπέργηρως (Hertzberg, *Babr.* p. 174), teste Eberhardo ipsa prima manu scriptum exstat in Athoo, sicut legitur in Mediceo Aeschyli *Agam.* 79; ionicam hanc esse formam coniecit Eberhardus. Refragabantur in Athoo solae pronominum personalium formae quaedam: κρεῖσσον ἦν ὑμᾶς | πάλαι χορεύειν 9, 9; ἀσθενεστέρους ἡμῶν 25, 10; ἐκφοβεῖν ἡμᾶς 26, 11; ὠφελουῖσ' ἡμᾶς 27, 7; ὀρνέων ἡμᾶς 33, 11; οὐδ' ἂν εἷς ὑμᾶς 47, 11; πεφευγόντων ἡμᾶς 58, 9; σωφρονῶν ἡμῖν 90, 4; ἡλίλους δ' ἡμῖν | φέρεις 98, 7; εἰσάγων ἡμῖν 113, 4. Sed nota sunt quae de harum formarum accentu enclisi in priorem syllabam reiciendo praeceperunt grammatici antiqui, cf. Aread. p. 143 καὶ τὰ πληθυντικὰ τοῦ τε πρώτου προσώπου καὶ τοῦ δευτέρου ἡμῶν ὑ· ἡμῖν ὑ· ἡμᾶς ὑ· τετράχρονοι οὔσαι ἐπειδὴν ἐγκλί- νονται τὴν πρώτην συλλαβὴν ὀξύνουσιν· ἤκουσεν ἡμῶν, ἔδωκεν ἡμῖν' καὶ ἐπὶ τῶν λοιπῶν οὕτως. Plura dabunt Lenzi Herodianus I p. 558 sq., Lehrs quaest. ep. p. 124, Kühner-Blass I § 88 p. 339, § 165 p. 591. Hinc in Homeri libris atque in tragicorum codice Mediceo frequenter inveniuntur pronominum illae formae non orthotonumena, hinc in Herondae papyro Londinensi aliquotiens accentus enclitici sunt adpicti: II 9 ΩΧΗΜΕΑC = ὡς ἡμᾶς,

1) Deutschmanni et Wernerī causa hoc moneo, qui quae Eberhardus et ego disputavimus impugnarunt, non legerunt. Cf. *Centralbl.* 1892, 3, 90.

ΜΑΚΡΗΓΟΡΕΩΝΥΜΕΑC = μακρηγορῶν ὑμας; contra I 19, ubi persona quae verba facit ὑμῖν sibi ipsi opponit, non sine causa scriptum est ΥΜῖΝ. Accentum encliticum omnibus quos adposui locis aptissimum esse (Eb obs. 7) ubi eos inspexeris non negabis. At vero 117, 10 sq. inde a Lachmanno in omnibus editionibus legitur

„εἴτ' οὐκ ἀνέξη“ φησί „τοὺς θεοὺς ὑμῶν (ὑμων) εἶναι δικαστὰς οἷος εἶ σὺ μυρμήκων;

ὑμῶν cum oppositum sit σὺ pronomini, enclisin minus commodam esse apparet. Babrium peccasse crederem, si Athoi esset lectio; verum Lachmannus eam e Vaticani fabula repetivit pessime habita, neque nimium tribuendum est tabularum scriptori hoc quoque loco balbutienti. Itaque non novavi ὑμων | εἶναι, sed probam Athoi lectionem τοὺς θεοὺς εἶναι | ὑμῶν δικαστὰς κτλ. nimis diu exulantem revocavi, cum praesertim versuum initia persaepe quasi spectent ad exitus, cf. ipsum v. 8 ὑφ' ἐνός δὲ δηχθεὶς κατεπάτησε τοὺς πλείους. Vides quam egregie ipsa hac exceptione encliseos illa lex confirmetur. Ceterum suspicio oboritur Babrium, sicut Herondam¹⁾, enclisin etiam in ceteris versus sedibus praeter primam plerumque admisisse. Nam casu vix est factum, quod pronominum formas illas enclisi aptas fere semper inseruit versui medio atque medio sermoni, cf. pr. I 15. 12, 12. 15, 14. 24, 5. 36, 12. 71, 7. 85, 9. 13. 14. 93, 9. 95, 30. 80. Praeter versum supra tractatum (117, 10) in primo pede semel leguntur vel bis: 36, 10 sq. σὺ μὲν . . ἐνικήθης, | ἡμεῖς δὲ καμπτόμεσθα κτλ., ubi σὺ et ἡμεῖς inter se opposita, atque in fabula Vaticani sordibus nondum ubique liberata 121, 4 ἡμῶν δὲ τέκνα μῆλά σοι περισσεύει, ubi aut τὰ τέκνα δ' ἡμῶν corrigendum est, aut μῆλα σοὶ π. scribendum, ut ἡμῶν et σοὶ voces altera alteri respondeant

1) Cf. R. Meister, *Die Mimiamben des Herodas* p. 846/236. Haud scio an in altera Herondae editione enclisin saepius indicare debuerim.

quod haud scio an sit praeferendum. His igitur locis pronomina illa ut cum vi pronuntientur ipsa res flagitat. Idem cadit in perpauca exempla in alia versus sede posita, cf. 15, 14. 85, 9. 1. Forma trisyllaba cretici ambitum explens (cf. ὑμέων – υ – Herond. II 27) in orationis initium admissa 90, 1 ἡμέων ταλαιπώρων. Cetera Babrium cum enclisi pronuntiari voluisse probabile videtur.¹⁾ Nolui tamen accentus Athoi mutare excepto pr. I 15, quo in versu palmari coniectura a Gitlbauero et Rutherfordo temere spreta ἤμιν formam breviorē ionicam (Apollon. I p. 96 Schneider-Uhlig) poetis optimis tritam Seidler et Eberhardus recuperaverunt; eandem ego induxi in fab. 128, 8 (V). Certe nullus locus relictus est dubitationi. Accentum illum utrum e poetis veteribus et grammaticis addidicerit Babrius an repetiverit ex ipsa lingua cottidiana ne quaeras; utrumque fontem eum adiisse probabilius est.

Versuum exitus cum tam anxia cura Babrius formaverit — ut Eberhardi verba mea faciam —, *numerus verborum quae in ultima versus sede collocari possent artioribus finibus circumscriptus est* (Eb praef. p. IX); imprimis frequentavit nominum genetivos num. plur., participiorum act. genetivos femininos sing. num., comparativos

1) Silentio praeterire nolo miram Arcadii regulam (p. 140 Herod. I p. 564 L.), secundum quam sicubi vocabulum paroxytonum praecedit enclisis locum non habet (μεταμέλει ἡμῖν, Kühner-Bl. I p. 340). Cui cave ne nimium tribuas. Nam ignorasse eam videntur grammaticorum veterum principes, cf. Herod. schol. A 147, Apollon. Dyscol. ed. Schneider-Uhlig I p. 35 sq. (ἤρπασέ τις ἡμῶν); p. 97 ὑμῖν . . παρ' Ἰωσι προπερισπᾶται ἐγκλινομένη . . καὶ ἔτι παρὰ Δωριεῦσιν· ὅσαις ὑμῖν, ignorasse poetae Attici, cf. Arist. Lys. 124 ἀφεντέα τοίνυν ἡμῖν, Soph. Oed. R. sec. Med. 39 νομίζει θ' ἡμῖν, El. 272 τὸν αὐτοέντην ἡμῖν, sim. 496. 827. 1318. 1443 etc. Babrius eam non novit. Ceterum Dindorfius (lex. Soph. p. 135, praef. II.⁴ p. VII—XIII) formas illas barytonumenas 'inani magistrorum subtilitati et perversitati' deberi contendit. Verum quam scite linguae μέλος auribus illi exceperint hymni Delphici docent (Philol. LIII Suppl. 113 sq.); neque a. 1870 Babrii testimonium negligere debebat Dindorfius.

disyllabos (μείζων, ἦττων, κρείσσων), pronominum adiectivorum adverbiorum formas quasdam (ἡμας ὑμας, τοιαύτην τοιούτοις, δυσδαίμων, -ώδης, κἀκείνη, ἐξαίφνης οὐ πόρρω, λίην οὕτως), infinitivos temp. praes. fut. aor., indicativos fut. act. et aor. pass., imperfecta verborum contractorum, velut ὠμίλει -ουν, ἠρώτα, coniunctivos et participia aoristi primi activi, plusquamperfecta activa velut εἰστήκει τεθηρεύκει (quibus iam Herondas crebro usus est in eadem sede), maxime vero verborum ab ἀν- ἀπ- ἐπ- κατ- incipientium formas tetrasyllabas (ἀναστήσας, ἀνεζήτει, ἀποθνήσκων, ἀπεκλείσθη, ἀπεθρήνει, ἐπηρώτα, ἐπεζήτει, ἐπισκήπτων, ἐπιτρούξας, ἐποπτεύειν, ἐφαπλώσας, ἐφεδρεύω, ἐφιππεύων, ἐφορμήθη, καθειστήκει, καθωμίλει, καθευδόντων).

Babrii choliambos post thesin aut tertiam aut quartam *semper incidi* praeter Gitlbauerum (cf. Gb Babr. 27, 2. 45, 12. 59, 16. 83, 1. 142, 4. 129, 5. 19. 197, 1) omnes consentiunt (cf. Eb praef. p. V).¹⁾ Atque ad caesurarum rationem quodam modo spectat quod de monosyllabis in medio versu admissis observavit *Radermacher* Philol. LV 434 sq. Scilicet *ubicunque in semipede quarto monosyllabum breve legitur atque monosyllabum a littera consonanti incipiens ante caesuram semiquinariam insequitur, alterum monosyllabum nusquam non longum est aut, quod plerumque fit, natura, aut positione²⁾*:

- I. Pr. I 12 ἐφύετ' ἐκ γῆς, sim. 66, 3;
 13, 11 ἔλαβόν σε σὺν ταῖς;
 38, 5 τὸν πέλεκυν ὅς μου;
 45, 1 ἔνιφεν ὁ Ζεὺς, sim. 59, 3;
 47, 3 ἔμελλε γὰρ δῆ;
 82, 6 ὃ δ' οὐχὶ τὸν μῦν, sim. 108, 14;

1) Mero errore ni fallor factum est, quod versus Eb 134, 4 (infra 171 p. 157 adn.) caesura caret. Epimythistae versus (140, 9 all.) in censum non veniunt.

2) 129, 1 ὄνον. εἶχέ τις καὶ exemplum nimis incertum a Gb. refictum. Diversi generis τὸ ζῶον. οἱ δὲ (28, 8) sim.

95, 72 ἔμελλε γὰρ σοι, sim. 83;

111, 21 διέβαινε τὸν ῥοῦν,

II. 118, 1 μνῶν ὃ μὲν τις βίον ἔχων ἀρουραῖον;

124, 17 ἔργων δὲ τίς σε πρωινῶν ἀναμνήσει.

Quod 22, 13. 16 invenitur αἰεί γὰρ ἔν γε interpolatoris esse, non poetae, supra vidimus, nec melioris notae sunt quae apud Gitlbauerum legis 171, 5 (infra 179, 5 p. 164) πλήν τοῦτο γὰρ τὸ βύκανον verba paraphrastae Byzantini a Gitlbauero disposita. Haec igitur certa quaedam lex est, quam coniecturis violare non licet. Omnino autem ante caesuram semiquinariam *monosyllaba producta Babrium Athoum longe praeferre brevibus*, non praeferre Pseudo-Babrium Gitlbaueri¹⁾ recte observavit Radermacher p. 435. Hinc etiam illud explicationem mihi habere videtur, quod Babrius *voces quasdam levissimas*, veluti (quod semper elidit) ποτ' τι ἐν ἐπ' saepe adhibuit in semipede tertio vel nono (αἰγᾶς ποτ' εἰς 3, 1, sim. 6, 3. 9, 2. 10, 9. 29, 1. 31, 1 etc., ἀπολέσαι ποτ' ἐζήτουν 21, 1, sim. 33, 8. 93, 1. 115, 1. 127, 8. 134, 18; ὅταν τι ποιῆς 20, 8, sim. 67, 8. 89, 7. 98, 3; συλλαβεῖν τι τοῦ φόρτου 7, 5, sim. 11, 3. 24, 8. 26, 12. 57, 4. 59, 2. 94, 6. 95, 63. 31. 111, 13; 37, 1. 58, 4. 63, 2), rarius in semipede septimo (28, 3. 102, 11; 111, 5. 116, 14), *nunquam quantum video admisit in semipedem quintum*. Nam 43, 1^a (quod sero intellexi) θέρει <τις> potius supplendum videtur, quae forma aliquotiens hac versus sede recepta est, cf. ὡς θύλακός τις πασσάλου 17, 2, sim. 88, 1. 91, 3. 108, 1. In Gitlbaueri fab. 163, 1 πέρδικα θύειν τίς <ποτ'> ἔθελε primo verbo excepto omnino nullum Babrii esse tabula cerata didicimus, cf. infra p. 127 fab. 138, 1.

Ceterum in monosyllabis, inserendis utique magna cautio adhibeatur necesse est; peccarunt in hoc genere plerique eorum, qui his fabulis redintegrandis operam navarunt. Tria monosyllaba continuata Babrius medio

1) Gb 143, 1. 145, 1. 154, 5. 166, 4. 182, 2. 189, 1. 190, 4. Coli prioris ultima longa, ubi optio datur, praeferenda, cf. 70, 4 (supra p. XLI) 74, 10. 105, 3 etc., ind. s. οἶκος.

versu saepe inseruit¹⁾, raro quattuor admisit (58, 4), plus quam quattuor nunquam coniunxit neque plus quam sex (34, 11. 95, 31) uno versu comprehendit. Certe tales voculae ultra modum coacervatae, qualia leguntur apud Gb 208, 3 καὶ | δὴ | τιν' | εἴ' | ποθ' | ὁ | μὲν | ἄγραν συνειλήφει (sim. v. 5), etiam nostras aures offendunt, nedam Babrii, poetae tersissimi. Contra voces monosyllabae et disyllabae saepe ita sunt temperatae ut totum versum efficiant, cf. pr. I 5 ἐπὶ τῆς δὲ χροσῆς καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ζώων, 54, 3 sq. ὅταν δὲ τὴν σὴν ὄψιν, οὐδ' ἀνὴρ φαίνη, sim. 1, 7. 20, 8. 22, 1. 36, 6 al. (Eb praef. p. IX), neque hos numeros satis eleganter decurrere negabis.

Sed haec in transcurso attigi.

Versus incidendi legibus cognatae sunt *rationes interpungendi* vel sermonis dividendi.

Sollemnes interpunctionis loci versuum exitus sunt atque caesurae semiquinaria et semiseptenaria; unde etiam illud explicatur, quod φησί et εἶπε post incisionem tertii pedis plerumque ponit vel etiam ante eam.²⁾ Verum etiam hemistichium prius longa pausa dirimere versusque initium cum versu antecedente coniungere non dubitavit poeta, veluti αἶροῖτο. χῶ 8, 3; τὸ ζῶον. οἷ δὲ 28, 8; ἐλθοῦσιν. ὁ δὲ λιθοργὸς 30, 7; εὐχου. παρῆξει 63, 11; sim. 26, 12; 33, 7. 11. 13; 47, 9; 50, 12; 69, 6; 75, 14; 85, 9. 12;

1) A Babrio alienum quod in exitu legitur 50, 20 οὐδ' ἄν τις.

2) Monuit hoc Alfredus Eberhard p. IX, cf. indicem. 95, 78 βασιλῆά φησι scribendum est, verum hic locus a ceteris diversus. 53, 4 spondeum illicitum ut vitarent φησί post caesuram semiseptenariam transponere solent; lectionem receptam ego non exterminavi, quamquam offensionem est quod poeta ne in versus exitu orationem discinderet φησί vocem in illum locum nunquam admisit. Ego Babrium „ἐγὼ σε“ φησί „ναὶ μὰ Πᾶνα, ζωγρήσω“ scripsisse putarem secundum Hipponactis consuetudinem et Herondae, si ναὶ μὰ vocum vel unum exemplum exstaret codicibus traditum. Certe etiam hinc offensionem habet quod scripsit Gb Babrii sui 168, 4 μήπως σὺ“ φησὶν „ἀρπάξειν (e), sim. apud eundem 169, 13. 174, 5. 185, 5.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE \$3,999,994

Did you know we sell
paperback books too?

To buy our entire catalog
in paperback would cost
over \$4,000,000

Access it all now for
\$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

νῦν ἔστιν ὄντως κτλ. 88, 17, quamquam haud scio an Vaticani εἶπε π. ν. οὔτως | „*νῦν* ἔ. ὄρη praeferendum sit. Vides igitur 43, 18 μηδ' ἀπελπίσης· οὔτω etiam interpunctione vitiosa epimythii interpolatorem sese prodere; παῖ, ζήλου in epim. 18, 15 vix habet offensionem. Certe qui haec carmina emendaturus vel redintegraturus est, ante spondeum ultimum pausas vitabit, unde refelluntur Gitlbaueri quaedam tentamina, veluti Gb 160, 11 συρίσας· ἡμιν, 212, 3 ἤθελεν, τέτιξ. Scilicet versus exitum ipso spondeo nimis gravatum pausa etiam impeditiorem reddere noluit poeta.

Hiatum illegitimum Babrium omnino exclusisse fabulae Athoae testantur; voces quae apud Gitlbauerum leguntur hiantes (Gb 126, 3; 50, 6; 196, 3; 167, 2) Gitlbaueri sunt, non Babrii. τί οὔν 87, 5. 140, 4 omnibus poetis tritum; vocales vocali elisa concurrentes inveniuntur 1, *8; 12, 5; 50, 6. 10; 61, 3.

Elisionis leges, quas qui post Eberhardum has fabulas ediderunt non satis respexerunt, accuratius describam.

In uno igitur versu Babrius raro plus quam duas syllabas elisit, neque unquam plus quam tres, id quod primus docuit Eberhardus p. V. Tres elisae inveniuntur 19, 6^a. 50, 6. 53, 7. 79, 5. 84, 6. 88, 13. 129, 7. Vitiosus igitur Gitlbaueri versus 145, 1 (quattuor syllabis oppressis) et qui sunt similes.

Vocabulorum genera quaedam, ut iamborum poetae antiquiores, Babrius ab elisione prorsus exclusit.

Πανί, τοῖς πέριξ ἀντροῖς (dat. loci) λοιβήν παρασχεῖν, nam emendatio quam olim Ritschelio probavi et infra p. 28 adnotatione recepi, illud habet incommodi, quod etiam in versu 5 littera ut mutetur necesse est. Notae sunt Mercurii Panis Nympharum speluncae, notae libationes dis agrestibus oblatae, cf Porphyr. opusc. p. 69 Nck.; Long. II 32. III 12 p. 290 H. Fab. 165, 1 <ῥδατι> παῖς μαθών, λίην | ποταμόν διειδῆ supplementum (λίην ad διειδῆ) durius videtur, quam pro Babrii arte; longe diversum quo provocos 21, 4 sq.

I. In polysyllabis *post duas breves brevem ultimam nunquam eum abiicisse* (x ∪ [∪]) egregie observavit Lachmannus (praef. p. XV).¹⁾ Nam prorsus singulare nec satis locuples tetrastichi 8, 2 *πότερ' ἀναβαίνειν* testimonium est, praesertim cum in v. 4 similis quaedam lex violari videatur; certe eiusdem generis locum alterum in Babrii libris invenies nullum.

Satis hercle mirum, quod omnes fere critici, ne Eberhardo quidem excepto, hanc legem neglegere non dubitaverunt. Non igitur scribi potest *δασύποδ' ἔξαναστήσας* 69, 1 (Bgk), *τὰ λοιπὰ δὲ [!] μέρε' vel μέλε' εἶπεν* 134, 4 (Eb Rth Gb), *σκυταλίδ' ἔσεισε* 130, 8 (Eb Rth), *στελίδι' ἐγεννᾶτε* 143, 4 (Gb 140, 4) vel quae leguntur apud Ps.-Babrium Gitlbaueri *μαχόμεθ' οὐδ' 151, 12 τὰ δ' ἀγάθ' ἠρώτα* 176, 3, sim. 152, 3; 177, 8 (in versu prorsus barbaro); 183, 3; 193, 3; 203, 2; 209, 1; 210, 7 saepius. Ipsis his vitiis tam frequentibus casui non dandum esse comprobatur, quod talia apud Babrium nunquam occurrunt.

II. Vocabula *paeonis tertii* mensuram explentes, qualia *in versus initio* potissimum inveniuntur, *medio versui nunquam* aptantur syllaba ultima elisa vel ictu rhythmico in primam syllabam remoto (∪ - [∪]). Certe inauditum quod Lm scripsit 137, 6 *ἔλεγοντ' ὄψα* (pro *ἔλεγον*). Nec magis voces *palimbacchiacae* elisa ultima in versum medium admitti solent (- - [∪]); inveniuntur aliquotiens *in primo pede*, ubi altera sub ictu est (- - [∪, *πειροᾶσθ'* 47, 9; sim. 47, 14. 2, 4. 33, 13; cognata *ὀρχεῖσθ'* 80, 2 *καθεδοῦμ'* 44, 4). *Antispastica* (∪ - - [∪]) decurtata admisit quidem, sed perraro (*ἐδείπνησ'* 42, 7, *ἐφικνεῖτ'* 19, 6^a; *ἀμέλγοντ'*, quod 128, 3 coniecit Lm, prorsus incertum est.

III. Eiusdem generis est, quod *nunquam fere obtruncantur nominum substantivorum et adiectivorum quae in*

1) Simili legi obtemperans nescio an Quintus Smyrnaeus Babrio et aetate et patria suppar *ἔριον* sim. formas adhibuerit, vitaverit *ἔριδ'*, cf. Zimmermann, *krit. Unters. zu Qu. Sm.* p. 24 ad v. 365.

vocalem α potissimum desinunt formae tribrachi vel trochaei (— υ, ω) *ambitum explentes, veluti ἄρνα γυῖα Δία δῶμα δῶρα ζῶα θύμβρα κακὰ κέντρα κνίσμα κύννα μέτρα νῶτα πόδα πτερὰ ῶὰ χέλμυνα, θερμὰ μέγα φίλα μοῦνα. Certe trochaicorum elisa non inveniuntur nisi perpauca et quorum syllaba prior satis plena sit et gravis: σῶμ' ἔφασκε in tetrasticho suspecto 14, 2, ἄνδρ' ἐπηρώτα 50, 7, sim. 116, 5, τὴν παῖδ' ἀπήτει 98, 15, πνεῦμ' ἀναλγῆς 122, 8, φάσμ' ἀληθεύση 136, 5 loco incerto, nullum omnino bibrevium (ω).¹⁾ Praeterea quod gravissimum est tales voces breviatas in semipede ictu non percusso delitescere nunquam passus est Babrius. Vides igitur, non uno nomine suspiciosum esse versum quem Lachmannus e V restituere sibi visus est 128, 8 φέρβεις δ' ἄρ' (!) ἡμῖν τὴν κύν' ἐν μέσοις ταύτην, ubi ego ἡμῖν forma enclitica ascita (supra p. XLV) τὴν κύννα δέ φ. ἡμῖν ἐν μ. τ. Eisdem vitiis laborat quod Gitlbauero duce 'summa cum fiducia' Rutherford scripsit 134, 7 (V) τὰ πορευτὰ βαίνει πάντα <καὶ> πόδ' εὐθύνει; fuerit potius πόδα τ' ἐπευθύνει vel κᾶντα πόδας ἐπευθύνει. Certe disyllaborum nominum ultimas scripturis coniectura restitutis elidi nefas est. 68, 5 e duobus Athoi versibus nimis illis quidem contortis unum conflavit Rutherford atque 'Babrius ipsius verba se reddidisse' gloriatur λαχὼν δ' ὁ Φοῖβος τόξ' ἔρυσσε κυκλώσας — at voculam illam nimis brevem τόξα syllaba ultima Babrius non privasset. Plane eadem Rth commisit 23, 4, ubi versum genuinum abiecit atque versus qui sequitur initium ἄρν' ἂν παρασχεῖν verbis interpolavit; in codice est λοιβὴν παρασχεῖν. Denique, ne irritum fieret δις καὶ τρίς τὸ καλὸν proverbium, idem 129, 5 'summa cum fiducia' proposuit ὄνος δὲ τὴν μὲν νύκτ' ἔμειν' ἀλετρεύων: sed elisioni nimis durae accedit ἔμειν' verbum otiosum atque caesura perturbata. νύκτα, pro qua voce in argumento persimili ἔσπέρην habet poeta*

1) Illud quoque memorabile quod α illud finale ter excipitur altero α. Ceterum 14, 2 in promptu est transpositio αὐτοῦ (ἐ)φασκε σῶμα, 50, 7 κεύθῦ δρούτομον ἠρώτα emendatio, neque tamen contra Athoi auctoritatem talia mutaverim.

(29, 2. 83, 2), diasceuasta Vaticanus interpolaverit idemque verbum quale est ἔκαμνεν oppresserit, ne plures versus syllabae essent quam duodecim.¹⁾ Multa huius generis inveniuntur apud Gitlbauerum; durissima ἐπικαχλάσας ῥεῦμ' εἶπεν Gb 165, 4, κολοιοῦ τὰ πτέρ' αὐτίκα 186, 9, πολλὰ τὸν Δί' ἤτῃκει 201, 2, sim. 204, 1; 145, 1; 149, 1; 150, 4; 182, 3; 183, 5; 186, 2; 192, 7; 213, 8 all. Iterum ipsa haec errorum frequentia consulto talia Babrium vitasse testatur. Ceterum ne in polysyllabis quidem nominibus frequens est ultima syllaba suppressa, cf. tamen 11, 1; 12, 3; 21, 4; 95, 3. 40 pr. II 2. 131, 15. *Adiectivum elisione decurtatum*, excepto φίλταθ' superlativo trisyllabo 63, 4, *nullum omnino invenies*²⁾; quippe aut prima illa regula plerumque comprehenduntur (ἰλαρὰ sim.) aut tertia (μοῦνα sim.).³⁾ *Adiectivis adfinia participia*, quorum masculini et neutrius generis formae proparoxytonae in -τα exeuntes -α nunquam abiciunt (nam 127, 1 quod volgo scribunt γράφοντ' corrigitur ex B*, atque 128, 3 τὸ γάλα δ' ἀμέλων si vitium subest, ἀμέλωντ' coniectura non tollitur), generis feminini formae non decurtantur, nisi properispomenae ter (ὠφελουῖσ' ἡμας 27, 7; φυσῶσ' ἑαυτήν 28, 7; ἐλθοῦσ' ἐποίει 116, 7).⁴⁾

IV. Eadem severitate *verborum quorundam formas trochaicas*, quibus ν ἐφελκυστικὸν addi potest, *decurtari non passus est*; dixit ἐστί(ν) φη(α)σί(ν) εἶπε(ν) εἶλε(ν) εἶχε(ν) εὔρε(ν) εἶδε(ν) ἤγε(ν) ἤλθε(ν), non dixit ἔστ' φήσ' εἶπ' εἶχ' εὔρ' εἶλ' εἶδ' ἤγ' ἤλθ', exceptis exemplis paucissimis, quae suspicione non sunt immunia neque occur-

1) Nisi latius repsit corruptela; nam ὄνος μὲν ἔκαμνεν ἔ. ἀλ. numerosius. Quamquam quod in fine habet V λατρεύων a sententia non ineptum est.

2) Observavit hoc Ficus p. 846. Certe etiam hinc offensionem habent quae coniecerant Hilberg 5, 9 ἀμείνον' ἰσχων, Lm 123, 1 χροσέ' ᾠά, Bgk 134, 4 λοιπ'. Cf. Add. 1, 8.

3) Ab Heronda aliena haec anxietas (cf. Meister p. 778), quippe qui vel disyllaba elisa atque ictu non percussa admiserit, cf. IV 40 ἐν γὰρ στόμ' ἐστι III 47, sim. V 71.

4) 86, 8 σκώπτουσ' corr. vix opus est; 183, 2 ci. φέρειν.

runt nisi *in primo pede*.¹⁾ Nam εἶφ' „ἦ γὰρ ὀρθή“ 8, 4, atque ἦ δ' εἶπ' „ἔμοι“ 80, 3, in fabulis tetrastichis invenies, quas e plenioribus contractas esse iam Eberhardus coniecit. Restat unum 17, 2. 133, 2 (tetr.) τὸν δ' εἶδ', ubi contra libros scripturam mutare nolui, quamquam et numerus et sermō magis evadet Babrianus, ubi scripseris ὄν (vel τὸν, qui erroris fuerit fons) ἰδὼν ἀλέκτωρ — τοιαῦτ' atque τὸν δ' εἶδε κερδῶ²⁾. 129, 13 ἦλθεν ἄμετρα λακτίζων scribendum, scilicet ἄμετρα voceis media brevis est (cf. p. LVIII). Etiam hanc legem violare solent critici recentes. Apud Rutherfordum 52, 3 receptum legis quod dubitanter coniecerat Eb εἶχ' (εἶλ'), ἔφη δ' οὕτως; sed incidit in Scyllam, nam bene A εἶχε, τῇ δ' οὕτως, cf. infra p. LXVIII. Similia commendavit Kn ad 88, 6 atque Gitlbauer Ps.-Babrii 148, 6 („ἐποίεις“ εἶπ' „ἔχουσα“); 170, 2; 201, 12 all.³⁾

In verborum formis polysyllabis minus anxius fuit neque solum ε (ἀπῆλθ' 58, sim. 5, 4; 34, 1; 49, 3; 50, 1. 6; 58, 5; 59, 2; 129, 7. 15; ἐδείκνυ' 50, 10, sim. 69, 2; ἔσχετ' 128, 12; ἀκούσατ' 85, 6; 47, 9. 14), sed etiam ο (ἐφύετ' pr. I 12, sim. 2, 4; 4, 2; 10, 8, ἐξανίστατ' ἐξαίφνης 116, 8, sim. 97, 9. 136, 6. 188, 4) ἄ (κἀπώμοσ' 75, 20, sim. 77, 11; cf. 128, 3 adn.), ἰ (ἔλθωσ' 33, 13) atque ipsum αἰ (καθεδοῦμ' ἀπελθῶν 84, 4, sim. 80, 2 in tetrast.) abiicit.

Poetarum optimorum aemulus⁴⁾ saepissime elisione

1) Diversi generis ἔσθ' ὄπον formula 112, 9 atque imperativi 12, 11. 75, 10.

2) Haec dudum composueram, cum accuratam Fici disputationem inspexi apud Rossbachium p. 846, unde quae ego exposui suppleri possunt. Exempla plurima composuit Ficus, sed summam rei, quae verborum ambitu atque ictu rhythmico contineri videtur, vereor ut recte perceperit. Atque dolendum quod Rutherfordi coniecturis et athetesibus tantum tribuit, ut gravia quaedam exempla ab eo oppressa neglegeret.

3) Tales formae ne apud *Herondam* quidem frequentes atque sicubi occurrunt sub ictu positae, ut VI 67 ἦλθ' ἔχων.

4) A. W. Verrall, *On a metrical practice in greek tragedy* Journal of Philology XII 1, 136 ff. Ficus p. 845.

usus est in pronomibus (ὄδε τάδε sim., με σε, πάντα τίνα ταῦτα τοιαῦτα τοῦτο ὅσα), praepositionibus (ὑπὸ ἀπὸ ἐπὶ παρὰ κατὰ διὰ μετὰ), adverbis coniunctionibus particulis (ἵνα ἔνθα τάχα εἶτα ἔπειτα ἤνίκα ὕστατα ἔσχατα; δὲ γὰρ τέ ποτε τότε sim.). Numquam elisit ὅτι, sed ἔτ' = ἔτι coniectura ei restituere non dubitavi (111, 10; 22, 4); nam quamquam in A mero ni fallor casu ἔτι ι elisa nusquam scriptum est (cf. 57, 11; 59, 6; 81, 2), fere ex regula decurtatur οὐκέτ' (26, 7. 11; 75, 8 etc.).¹⁾ Scilicet ut vocabulorum graviorum genera quaedam ab elisione prorsus exclusit, ita *leves quaedam voculas in brevem vocalem exeuntes aut raro aut nunquam forma plena verbis inseruit.* Quo in genere maxime memorabile illud, quod ποτὲ *particulae encliticae*, qua nulla fere frequentior in his fabulis, *ultimam quantum video semper elisit neque unquam ictu feriri passus est voculam nimis levem* (cf. supra p. XLVII).²⁾ Dixit igitur τί ποτ' ἦν (58, 4), αἰγῶς ποτ' εἰς ἔπαυλιν (3, 1), ποῦ ποτ' ἦν (28, 3), μή ποτ' ἀρχούσης (134, 18, sim. 71, 3), non admisit λέοντά ποτε νομεύς vel οὐδέ ποτε καταρχούσης. Nam ὠδευέ ποτε λέων 194, 1 legitur in loco a paraphrasta Bodleiano nimis correpto et corrupto³⁾ atque fab. 136, 12 ut καὶ δὴ ποθ' ἔστως legatur (cf. 9, 2) Babrii et ars et sermo (33, 3; 112, 3) flagitat.⁴⁾ Iam in fabulis Vaticanis potissimum et Bodleianis sescenties plena huius voculae forma transposita vel inserta versum restituerunt vel lacunosum supplerunt. Cf. 202, 1, ubi Eb φραγμοὺς ἀλώπηξ ποτὲ proposuit; sim. infra 239 p. 204 all.; plurima dabit Babrius Gitlbaueri ποιμήν ποτε συνεῖς 149, 4; sim. 148, 1; 152, 1; 161, 1;

1) Forma plena bis occurrit 25, 9 et 103, 1. Ceterum cum alia quaedam vocabula bibrevia ab elisione exclusa esse viderem, ἔτ' non admisi, nisi in primum pedem; 70, 5 ἐπ' αὐτῇ omnino praefendum.

2) ποτὲ interrog. uno v. 124, 16 invenitur (el.); de δὲ cf. ind.

3) Non igitur sufficit λ. <τις ἄμα> σ. ἄ. supplementum.

4) Tabula cerata hoc loco non satis integra, neque tamen de Hesselingi lectione dubitaverim.

185, 1; 191, 1; 198, 1. Talia igitur a Babrii arte aliena.

Idem est observare in vv. τάχ' (7, 6; 106, 28; 120, 5) et ὄτ' (84, 6; 86, 10; 88, 19); nam ὅτε δροσώδης versus initium fuisse 124, 19 diasceuastae Vaticano non credo; fuerit ὅτε δὴ, ut τότε δὴ 89, 10.

Aphaereses quas dicere solemus Babrius non adhibuit nisi lenissimas tritissimasque ε vocalis augmenti potissimum atque ἐπὶ praepositionis (Ahrens, opusc. p. 78): δάλτη 'λέλυτο 32, 9, χρόνω 'γεγηράκει 103, 2, αἰὲ 'βόσκοντο 65, 1^b, nisi augmento has formas carere voluit, ut γεγ. 46, 10 μεμισήκει 111, 16, τεθηρεύκει 138, 1, atque adeo πωλεύμην 128, 11¹); μὴ 'πιλιχμήσης 48, 6 (cf. 135, 5; 136, 16), ubi nimis singulare neque a sententia omnino commendatum quod coniecerunt RthBgek 'πολιχμήσης. Etiam ὀπούστί 116, 9 dubites an per aphaeresin accipias, ut scribi solet Soph. Ai. 733 ποῦ 'στι. Sed crasi simili exaratum est ὀθοῦνεκ' 25, 3. μήκφρενωθείην 101, 5 et μῆχειν 59, 11 coniecturae improbandae.

Crasi saepius induisit poeta, ita tamen, ut duriora omnia anxie vitaret.²⁾

Frequentissima καὶ vocula commixta cum pronomini- bus (κάκεινος sim., κάκειῖ 118, 4; 136, 8, καὐτός sim., κάγώ sim., cf. ind.) articulo (χῶ χῆ) praepositionibus (κάν κάς 19, 5; 128, 11; 80, 3. 4; *127, 3. 133, *3) adverbii conjunctioni- bus (κῆν κᾶν 46, 10, κάγγύς 95, 15, κοῦ 46, 8; 51, 9; 95, 23 saep., κᾶτι 81, 2, χῶπως 136, 9). Aliquotiens coniungitur cum nominum substantivorum litteris α̂ et ε̂ (κᾶν-θρώπου 59, 10; sim. 122, 11; 12, 23), cum verborum augmento atque ἀπο- ἐπι- ἐξ- ὑπο- praepositionibus (κάτίμα 20, 5, sim. 33, 15; 62, 2; 76, 2; κᾶπέθεντο 2, 10, sim. 34, 6. 10; 75, 19; 133, 3; χῦπέτεμνε 37, 4)²⁾; ε et α vocales fre-

1) Cf. W. Schmid, *Der Atticismus* I p. XV 83. Schanz, *Proleg. Plat.* XII p. XIII.

2) κᾶσπαίρων cur corrigamus 6, 13 causa est nulla, cum Babrius etiam σπαίρω forma utatur.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



codice B subministrata dudum expulsum est.¹⁾ Perdubium atque ad aliud genus pertinens ὦ ἀμάραντον in paraphr. Bodl. 178, 5, quae si ipsius Babrii sunt verba, ὦμάραντον scribantur necesse est. Improbabile etiam quod in eadem paraphrasi legitur 185, 6 μοι ἑτέρα λύπη, ubi in promptu est μοι νέη emendatio (cf. p. 186 adn.).²⁾

Multa dicere possum de *syllabarum quantitate*, verum harum paginarum series nimis longa monet ut vela contraham. Itaque rem paucis comprehendam atque de dubiis quibusdam locis quam brevissime disputabo; plura dabunt *Nauckius*, Philol. vol. VI 405 sq. atque *Eberhardus*, qui in observationibus Babrianis p. 9 sqq. has quaestiuunculas cum cura retractavit.

De *correptione Attica* summa eorum quae exposuit Eb p. 11 utique probanda. Itaque ante litteras quae vocantur mutae cum ρ λ liquidis coniunctas breves vocales *quasi e regula producuntur*, voci mediae insertae interdum corripuntur in arsi vel *semipede ictu non concusso* (e. g. τὸ κέρας | κέραγε 3, 11, sim. 100, 6; 60, 1; 81, 2 etc.) atque *in altera theseos solutae syllaba* (ἐπε|κρότησε 95, 43, νεο|δρομῶ 106, 15, ἐγὼ | δὲ περιτρέ'χουσα 128, 13, sim. 106, 3; 129, 13), rarissime in priore ipso ictu elata (ἀκούεις· ἔπρεπε σοι 95, 32, quod corr. Mk; 88, 2 ὁ τῷ χαραδριῶ in nomine proprio, p. XXXVI). Correptiones satis singulares μὴ γοῦν ἔθνη που 70, 6³⁾ atque παρὰ φάτν'αἰσι δεσμώτης 129, 8: quae

1) Hinc igitur auxilium non succurrit ἐγὼ οὐ πλανῶ σε coniecturae, quam 75, 5 Ludovicus Mendelssohn et ante hos viginti annos mihi commendavit et ultimo vitae tempore, cum Tubingae moraretur vir laboriosissimus lugubri morte nuper defunctus. Neque magis ferri potest quod cuidam in mentem venit 98, 11 πῆ μὴ ἄγριος vel quae non emendatio est sed depravatio τί μὴ <οὐ> 24, 7.

2) Diversa et volgaria προῦκαλεῖτο 1, 4. 31, 12, προῦδωκεν 43, 15, ὀθοῦνεκ' 25, 3 (ubi accentus prior p. 29 delendus). De ε et ι vocalium synizesi cf. supra p. XXXVI.

3) Corrigere possis μὴ γοῦν ποτ' ἔθνη. Multo durius quod

tamen altera alteram defendunt neque a Babrio abiudicanda videntur cum Eberhardo (p. 9) et Nauckio p. 407. Plane incertum μήπω καπνισθέν 183, 3 et quae similia inveniebantur 78, 4; 114, 6. Syllabas ante mutam cum liquidam correptas, ne numerus nimis retardaretur, *singulas* versui inserere solebat Babrius, semel (108, 23) admisit duas (interpol. 82, 9), nunquam tres coniunxit ut epimythista 14, 5, quem versum primus in suspicionem vocavit Eberhardus in commentatione a. 1866 edita p. 4. Gitlbauerum qui talia curare non solet (cf. 142, 2; 153, 1; 159, 7; 164, 6; 167, 8; 168, 5; 174, 1; 210, 2) ego non curo.

Denique memorabile illud, quod *in semipede paenultimo*, in quo vocales natura longas positione longis praeferruntur vidimus, *syllabae consonantibus illis productae non inveniuntur*; a Babrii arte aliena quae Gb scripsit in versuum exitu ἐξέπλει, ἐκ πέτρης, εἰς ἄγραν (Gb 182, 10; 183, 2; 205, 1; 177, 7).

Ante ζ etiam praeter quintum pedem vocalem corripit (14, 4; 17, 6), cf. supra p. XLI; sed τοῦ δὲ σπυτέως sim. (Gb 210, 4; 174, 1) mero errore Babrio sunt obtrusa.

Voces quasdam Babrium ita adhibuisse ut vocales ancipites modo corriperet, modo produceret (ῥῶδωρ, ἴσος ἴσος sim.) ipse Eberhardus exposuit: qualia iam apud poetas veteres et ionicos occurrunt neque hercule aliena sunt a Graeculo alterius vel tertii p. Chr. n. saeculi. Nihilominus κέρασ vocis tria exempla, quorum α correptum invenitur in A, emendavit cum Duebnero Seidlerero aliis: 43, 5 ἐπὶ τοῖς δὲ κέρασι (corr. τ. κέρασι δ'), 59, 9 τῶν ὀμμάτων τὰ κέρατα (del. τὰ), 84, 1 ἐπιστὰς κέρατι καμπύλω (corr. καμπύλω κέρα). At κέρασι ipse Homerus admisit: cur non admiserit Homeri imitator (supra p. XXXIII)? Praeterea 43, 5 Athoi testimonio accedit tabula cerata,

e tabula scripseramus Polak et ego 136, 26 μέλλοντα | θνήσκειν (suppleveram <ἀλλὰ θᾶσσον ἐξώλλυ>), quamquam versus a B. alieni esse videntur. Weillii supplementum ab arte metrica commendatur, parum commendatur a sententia.

84, 1 Ps.-Dositheus: binos testes bis mentiri quis credet? Denique ipsa Seidleri coniectura 84, 1 inde offensionem habet quod brevior illa forma *κέρω* in libris Babrii nusquam occurrit. Itaque a codicum memoria recedere nolui.

Accedunt similia quaedam exempla volgo oblitterata. 123, 1 in A legitur *ὠὰ χρυσᾶ τικτούσης*. Syllaba illa longa cum ante molossum finalem ferri non possit, *χρυσέ'* *ὠὰ* cum Lachmanno scribunt elisione insolita. Sed ecce iterum Athoo succurrit tabula cerata, in qua *ωαχρυσᾶ* exaratum invenitur. Itaque cum Roepero *χρυσᾶ* scripsi e consuetudine recentiorum (Oppiani, Bian. A. P. X 101), de qua cf. Lobeck. ad Phryn. p. 234, patholog. elem. I p. 249. 299, Lehrs, quaest. ep. p. 306.¹) Atque confirmatur haec forma altero exemplo plane gemello. *θύειν* vocis, quam in versus exitu collocare amat, *v* litteram in his fabulis poeta semper produxit: contra 97, 12 in A scriptum est *οὐκ ἦν ὅμοιον τὸ θῦμα τῷ μαγειρείῳ*. Correctura cuiusvis obvia delere solent articulum, ut 59, 9, quamquam quicumque fabulae acumen recte perspexerit aegre eum desiderari non negabit. Verum ne nunc quidem Athoum deserit tabula cerata, quae et ipsa *τοθύμα* praebet. Servavi igitur lectionem testatissimam atque *τὸ θύμα* formam noviciam suadente Blassio Babrio vindicavi. Iam dubium non potest esse, quin 42, 8, quem locum corruptum esse putabat Eb p. 10, *ἀναλύειν* Babrius dicere potuerit, quamquam in vv. *θύειν λύειν ξύειν φύειν* stirpis vocalem producere solet. Quin etiam *δέδιθι* vel *δέδειθι* 75, 2 media vocali producta tolerarem, si primae manus esset lectio: verum in loco eraso et rescripto coniecturae potius indulgendum esse duxi qua recuperaretur lectio pristina. Dubia *τὰς δ' ἰδίους* 45, 8, *καὶ φιλαργευταῖς* 107, 10, *ὑβρις ἐπέλθοι* 70, 7²) *ι* producta, cf. adn.; de *ὀριτρόφων* dictum in adn. ad fab. 106, 3.

1) *χρύσεα* forma (*ε* coalescente) vix usus est.

2) Quod Bergkius restituit *προσέλθοι* (*προ-* B) duriusculum est, cum *προσ-* insequatur; sed fortasse e codd. AB lectionibus eliciendum *μετέλθοι*.

Diligentissimum poetam fuisse vides atque paene anxium in versus numeris adornandis. Neque minus diligens fuit in *verborum compositione*. Vocalium vicinarum magna est atque fortasse quaesita varietas; certe itacismus nimium fugit. Dubitavi igitur post *φεύγειν* 1, 11 εἰς corrigere in εἰς vel ἄνθρωπος in ὄνθρ.; sim. 108, 22. Easdem syllabas in fine atque in initio vocabulorum concurrentes raro admisit, cf. tamen 68, 9 ἔχω χάρην, lenius 3, 7; 62, 4; 122, 15; 118, 2; 120, 8. Contra consonantes easdem vel similes uno versu in verbis vicinis ita aliquotiens cumulavit, ut consilium sequi videatur, cf. pr. I 9 sq. πέτρον — πεύκης, νηὶ — ναύτη, sim. 13. 15. 17 sq.; 1, 3 φυγή — φόβου, sim. 5. 15 sq.; 2, 5. 10; 3, 5. 11; 5, 6; 13, 1; 19, 4; 52, 5; 60, 2 sq.; 63, 8; 70, 2; 71, 2 sq.; 77, 7 sq.; 78, 4; 80, 4^b; 93, 5 sq.; 95, 43; 102, 5 sq.; 106, 8; 107, 14; 108, 10 sq.; 112, 1; 118, 5; 129, 21; 171, 5. Hinc etiam illud explicandum, quod poeta tam tersus sigmatismum molestum non ubique vitavit, cf. e. g. pr. I 11; 12, 9; 97, 7; 100, 6; 108, 12 sq.; 112, 3.¹⁾ Eiusdem generis figurae etymologicae (σύλων ὦν — ἐσυλήθη 1, 2; ἄωρος — τῆς ὥρης 12, 3; φόρτον ἔφερον ἄλλοτ' ἄλλοιον 76, 8 [129, 21] sim. 106, 29; δῶρα — δώσω 115, 7, sim. 130, 10. 51, 10. 61, 1. 162, 6), parecheses (ῥώμη γνώμη τ' 31, 7, ῥοπάλω τις ἢ λίθω τις 98, 16, sim. 128, 14 etc.), vocabula quae frustra sollicitarunt repetita (48, 5 θεὸν — καὶ θ. παλαιστρίτην, ubi ἡθέων Bgk, sim. 100, 3; 106, 29; 130, 10. 11; 134, 16; 42, 2; 85, 2) versuumque vicinorum exitus concinentes (69, 3—6; 74, 16 sq.; 103, 4 sq.; 106, 17; 115, 2 sq. 6 sq.). Talibus quoque artificiis, quibus aliquotiens ipsius argumenti descriptio adiuvatur, sophistarum discipulum agnoscas atque Romanum.

Quod pertinet ad artem criticam, disputationis satis longae haec est summa, ut maiorem quam adhibere so-

1) Nolui tamen talia coniectura restituere, neque 131, 7 σμικρὰ repetivi e v. 11 vel 42, 7 κρείσσον e ceteris locis (73, 4 in fabula a diasceuasta contracta κρείττω servavi); cf. etiam 72, 19.

lent cautionem adhibeamus in scriptura tradita corrigenda. Omnino terminis satis angustis in his fabulis circumscripta est emendandi et coniciendi provincia. Ipsius Athoi partes potissimas non nimis corruptas esse univ-
 sum et sermonis et artis genus clamat ad certas leges subtilesque cura aequabili directum. Inveniuntur quidem loci nonnulli, cum in A tum in V, ubi verba poetae non inconsulto corrupta sunt a librariis, sed adulterata contracta amplificata a diasceuastis; verum in eis certis rationibus poetae manum nos restituere non posse ingenue confitendum est. Itaque fere intactas reliqui fabulas amputatas vel decurtatas, quales sunt 29. 65. 73. 41 (cf. p. 201) 8 (cf. p. LIV) 126, atque epimythia aliosque versus interpolatos ut 3, 3; 31, 20 et qui sunt similes; sed ne quis in errorem induceretur locos decurtatos et penitus rescriptos medio quodam litterarum genere descripsi atque, vera Babrii verba si ex aliis fontibus repeti poterant, lineis rectis notavi: | ἔλαφος κεράστης . . . | 43, 1; quae praeter Babrii exemplar ab interpolatore adiecta videntur minutissimis typis repraesentavi et cancellis saepsi [ἐπὶ σηκόν], nisi quod in locis quibusdam, de quibus dubitari posse concedo (cf. 4, 6 sqq.), solis cancellis usus sum. Nam ut illud addam, Babrius quamquam opusculum suum multis annis interiectis auxit et retractavit¹⁾, retractatum nobili cuidam iuveni dedicavit (pr. II), tamen *e locis illis variatis versibusque adscripticiis ne unum quidem aliqua fiducia Babrio ipsi tribuas*: adeo aut in sermone et sententia claudicant aut in versuum arte.²⁾ Neque mirum, quod

1) Cf. prooem. II 15 ubi ἀλλ' εἶ πυρώσας verba (= *examinans emendans*, cf. LXX Ps. 26, 2. 18, 30. 119, 40) ad locos a poeta emendatos vel oppressos spectant; perinepte πτερώσας ci. Duebner. Branchum illum, cui inscriptum est pr. I, eundem esse quem βασιλέως Ἀλεξάνδρου puerum, vix probabile.

2) Difficillimum hoc argumentum quanta levitate tractaverint vix credas; ne ineptissimas quidem diversorum codicum lectiones (veluti 93, 5) neque exiles epitomas (veluti fab. 12 exemplar Aldinum) indignas habuerunt, quas priori fabularum editioni tribuerent, cf. de Babr. aet. p. 198¹. 226⁴. Verum

prioris recensione memoria evanuit, siquidem etiam decimi Martialis libri et Amorum Ovidii, quos *lima recentis* rasos tenemus, exemplaria priora curis repetitis in oblivionem adducta sunt. Prooemium prius e recensione priore in alteram translatum esse videtur, sicut translatum est Mart. X 1 *si nimius videor*, quod prooemio alterius recensione *festinata prior decimi mihi cura libelli* praemissum est.¹⁾ Quamquam certo iudicio haec disceptari nequeunt; quippe pristina alterius recensione forma ea fuerit ut in *decem libros* divideretur. Suidae enim testimonio (test. 10) causa non est cur diffidamus, cum fabularum plus quam ducentarum memoriam satis certam recuperaverimus: unde decem libri adornari possunt Phaedrianis vix minores. *Aviani* auctor (test. 9) nescio an Athoi ordine digestas has fabulas legerit.

CAPVT V. RECENSENTVR TENTAMINA QVAEDAM CRITICORVM RECENTIORVM.

De Babrii emendatione prae ceteris meriti *F. Duebner*, *Carolus Lachmann* et amici, *H. L. Ahrens*, *Th. Bergk*, *A. Nauck*, *A. Eberhard*. Ingentem coniecturarum prorsus inutilium numerum, quibus has fabulas obruere solebant, quamquam omnes fere olim composui, ne apparatu quidem critico recipiendum esse putavi: unde perraro

vidit Lachmannus, cui olim Eberhardus se applicavit (observ. p. 4), cum *Duebnero concedendum esse* negat Babr. praef. p. XVI *in huius modi varietatibus repetitas ipsius Babrii curas agnoscanti*. Cf. quae exposui de Babr. aet. l. s. et p. 155. Philol. LIII 238. 428.

1) Cf. Friedländer, Martialis II p. 108. I p. 63: Sicut Martialis nova multa libro decimo se addidisse fatetur X 2, 4, ita Babrium e sophistae cuiusdam libello, unde pendent quae de fabulae historia docet prooem. II, additamenta nonnulla repetisse conieci in encyclopaedia a Wissowa edita s. Babrius, supra p. XXXII. Rutherford quae docet p. XL tota mea sunt, de Babr. p. 228.

Maehlyi nomen invenies vel Droganii et Heckeri. Quamquam etiamnunc floret gens illa medicorum qui in locis sanis sanandis operam perdunt.¹⁾ Quo in genere quod praestitit *M. Gitlbauer* 'principia' ut solet 'critica secutus ab usitatis diversa', id omnem excedit fidem. Lege suavem illam narratiunculam, qua lusciniam et hirundinem poeta ita colloquentes facit, ut Procnen et Philomelam, mulieres illas inde ab Hesiodo (op. 568) a poetis celebratas sub animalium personis latere ipse indicet v. 4 (τὸν Ἴτυν κτλ.).²⁾ Hinc altera alteri πρῶτον βλέπω σε σήμερον μετὰ Θράκην (i. e. μετὰ τὴν ἐν Θράκῃ συμφορὰν), v. 8 atque μετὰ τὰς Ἀθήνας (i. e. μετὰ τὰ ἐν Ἀθήναις γεγόμενα) ἄνδρα καὶ πόλιν φεύγω v. 22.³⁾ Gitlbauer priore loco interpolavit σε σήμερόν μὲ τ' ἀθράκτους glossam Hesychianam a Babrii arte utique alienam neque aptam luscinae Itylum deflenti, posteriore μετὰ τῆς Ἀθηναῖς, quam deam urbes fugere veteres quidem theologo non docent.⁴⁾ Quid quod carmen, cui explicando impar erat, penitus dissolvere atque in nova duo poemata transformare ausus est! Eiusdem farinae sunt quae rescripsit 37, 11 verba tauri vitulum increpantis ὁ νέος παραινεῖς τὸν γέροντα κεῦθύνης pro egregia Athoi lectione ὁ νέος παρέρπεις (sc. in via quae ad mortem ducit) τὸν γέροντα καὶ θύη, vel quae ariolatus est 45, 2 εἰς ἄντρον εἰσῆλθαι ὡς ἐνοικήσων pro idiotismo Athoi τῶν ἀοικήτων — scilicet troglodytarum vitam iniit pastor ille, qui ὡς ἠθροίησεν ἦλθεν εἰς οἴκους. In eodem carmine 45 versum 12 ὁ δ' αἰπόλος

1) Multa huius generis, quae interim commendarunt quidam iuvenis olim ludens margini ascripti, veluti 61, 8 σοφός τις, 66, 7 διό τοι atque μὲν ὀθνεῖας, 82, 2 ἀτρεμές, ἠρέμας, 71, 8 ἀνέμων δὲ πνεύμαθ', 95, 13 ἐπεῖπε, pr. II 12 ἢ κατιλλώπτειν vel (conl. 115) σινωπίζειν vel ἢ με σιλλαίνειν. Sed piget talia describere.

2) Cf. Thraemer, Pauly-Wissowa I 470.

3) Cf. de Babrii aetate p. 227. 196 sq.

4) Silentio haec pressissem, nisi G. Kaibel, auctor gravissimus, coniecturae v. 22 propositae subscripsisset *Deutsche Litt.-Zeitung* 1882, 28, 1009 in censura libri Gitlbaueriani.



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

SAVE \$3,999,994

Did you know we sell
paperback books too?

To buy our entire catalog
in paperback would cost
over \$4,000,000

Access it all now for
\$8.99/month

*Fair usage policy applies

Continue

sequitur ducem (ἡγεμόνα) atque familiae instar conspirat atque cohaeret, φιλάλληλον appellavit poeta.¹⁾

Saniore saepe iudicio in verbis poetae recensendis usus est qui postremum haec poemata edidit atque sermonem potissimum poetae docte illustravit, *W. G. Rutherford*. Verum ne is quidem quamquam codicum lectiones quasdam a plerisque spreto felici acumine revocavit et explicavit, a locis integris manus semper abstinuit. Veluti fab. 97, 12, ubi taurus leoni insidianti, cum ab eo invitatus cultros machaerasque bobus decoriandis aptas vidisset, ad ianuam autem nihil praeter gallulum ligatum, obviam factus „ἦλθον . . . καὶ τὸ σύμβολον δώσω· οὐκ ἦν ὅμοιον τὸ θῦμα τῷ μαγειρείῳ“ (i. e. non similis erat hostia [gallus] lanienae instrumento), Rutherford ‘summa fiducia’ — quae ipsius sunt verba — pro Athoi οὐκ ἦν ὅμοιον dedit ὥμην ὅμοιον, fabulae acumine misere obtuso.²⁾ Bene mustela perdici 135, 10 χρόνον τοσοῦτον ἐνθ’ ἐγὼ διατρίβω³⁾ καί μ’ ἐνδον ἔτεκεν ἡ μυοκτόνος μήτηρ, ἀλλ’ ἡσυχάζω καὶ πρὸς ἐστίην δύνω: sed iterum Rutherford ‘non sine fiducia’ ultima verba mutavit in καὶ πρὸς ἔσχατ’ ἀνδύνω: felem ad focum se foventem nunquam vidisse videtur. 128, 14 V praebet δρηστῆρα (ex Homero) ληστὴν — διωκτῆρα *servum praedantem*, quae ipso sono commendantur (cf. supra p. LXI): Rutherford ληστῶν πανούργων κτλ. novare ausus est; scilicet δρηστῆρα glossam subobscuram pro glossemate vel ‘paraphrasi’ habet. Sed haec levia sunt. Damnum multo gravius Babrio infixit versibus

1) Sunt qui quod omnibus notum est certorum auctorum testimoniis confirmari malint. Audi igitur de perdicibus Carolus G. Friderich, *Naturgesch. der Vögel* S. 504: *Eine solche Familie (Volk) hält mit rührender Anhänglichkeit zusammen, und weiss sich, wenn sie versprengt würde, immer wieder zusammenzufinden.* Babrii illam ἀγέλην ὀρνέων φιλάλληλων eum circumscribere credas.

2) Paucis haec iam in censura libri Rutherfordiani refutavi *philol. Anz.* XIV (1884) p. 179.

3) Nisi Nauckii lectio praestat ἐγὼ χρ. τ. ἐνθαδὶ τρίβω.

fabulisque deletis vel in suspicionem vocatis. Quam rem olim actam¹⁾ ut denuo agam illud maxime me movet, quod homines quosdam doctos Rutherfordi athetesibus multum tribuere video²⁾, quamquam unum versum si exceperis vel duos³⁾ sana libelli membra crudeliter amputasse ille censendus est. Nihil dico de fab. 12 v. 14 sq. 18, de quibus etiam alii dubitaverunt, quamquam Babrio dignissimi sunt. Sed fab. 23 versum 4 quo dei rustici suavi quadam garrulitate recensentur cum Rth et metro et ratione carere contendit, levissimo hoc utitur argumento, ut dis pluribus unum agnum idoneum sacrificium esse neget; 'metrum' cur vituperet ignoro, nisi α illud in exitu positum, de quo cf. p. XLII, ei est offensionem. λουβήν vox v. 5, quam multo sale more suo perfricuit, difficultatem quandam praebere non infitior: quam qui interpolatori tribuit, nodum dissecat, non solvit. Certe Rutherford cum unum versus recisi 4 vocabulum ἄρνα v. 5 elisione mutilatum (supra p. LII) pro λουβήν substituit, interpolatoris partes egit, non editoris. Eadem licentia fabulam 70 ita concidit et comminuit, ut misellum relinquatur tetrastichon; pro v. 2 sq. παρῆν ἐφ' ἅπασιν Πόλεμος κτλ. interpolavit Ἄρης ἐγήμεν Ἰβριν κτλ., sed Ἰβρεως et Πόλεμου fabulam noverunt veteres, non noverunt Ἄρεως et Ἰβρεως (Theo prog. 1 [μῦθος] ὁ τοῦ πολέμου καὶ τῆς Ἰβρεως, ὃν ὁ Φίλιππος διεξέρχεται πρὸς τοὺς αὐτοκράτορας τῶν Χαλκιδέων, cf. Philol. LIV 745, supra p. XXXII). Eadem inclementia usus fabulae 42 quinque tantum versus priores integros servavit, summam fabulae (v. 6—8), quam omnino non intellexit, 'in inferiorem locum descendere'

1) Cf. *philol. Anz.* XIV 177 sqq.

2) Cf. Ellis, *Avian.* p. 106, qui 95, 100 sq. Rutherfordi auctoritate confisus a Babrio abiudicat (*rejected no doubt rightly by Rutherford*) ne Aviani quidem sui testimonio deterritus. Eadem credulitate Rutherfordo se addixit I. Werner (*Quaest. Babr.*), cf. *litt. Centralbl.* 1892, 3, 90; de M. Fico cf. supra p. LIV².

3) 64, 8 iure ni fallor delevit; sed prooem. I 3 sqq. cur a Babrio, quem Hesiodo usum esse scimus, abiudicemus, iam nullam causam esse contendo.

iussit. Fab. 52 versum 4, quem iam Eberhardum aliosque vituperasse miror, Rutherford de medio sustulit, quamquam agricola currui altius crepanti propius accedens et magna voce locutus satis lepide eo describitur; nudiores et exiliores, me si audis, quinque versus qui restant. Eiusdem generis sunt versus 128, 7. 57, 7—9. 85, 5 a Rutherfordo temere proscripti.

Ita extremas potissimum fabularum partes tam crudeliter saepe obtruncavit, vix ut Babrium agnoscas in Babrio. Exempla proponam. Fabulam 31 his verbis claudit Rutherford: τοὺς δὲ στρατηγοὺς εἰστρέχοντας οὐκ εἶα τὰ περισσὰ κάρφη τῆς ὀπῆς ἔσω δύνειν. Quid eis factum sit, non audimus. Locum lacerum esse credet qui eum leget: sed ecce in apparatus critico praeter versus quosdam dudum suspectatos lepidissimi quibus Rutherford poetam privavit latent hinc: Νίκη δ' ἐπ' αὐτοῖς καὶ τρόπαιον εἰστήκει | γαλῆς ἐκάστης μῦν στρατηγὸν ἐλκούσης. Ad eandem normam fabulae 72 exitum transformavit. Post longum prooemium, quo aves ad certamen properantes et graculus alienis pennis se ornans vividis coloribus describuntur (1—14), exilibus his versibus summam rei absolutam invenies apud Rutherfordum: ὁ Ζεὺς δ' ἐθάμβει καὶ παρεῖχε τὴν νίκην | εἰ μὴ χελιδὼν αὐτὸν, ὡς Ἀθηναίῃ | ἤλεγξεν ἐλκύσασα. τὸ πτερόν πρώτη, | τὰ τ' ἄλλ' ὁμοίως· καὶ κολοῖδς ἐγνώσθη. | Scilicet delevit post v. 17 (πρώτη) quattuor lepidos versiculos ὃ δ' εἶπεν αὐτῇ „μή με συκοφαντήσης“. τὸν δ' ἄρα τρυγῶν ἐσπάρατε καὶ κίχλη κτλ. solo paraphrasium exilium silentio confisus; nam 'manifestae fraudis indicia versus illos prae se ferre' pronuntiavit quidem, non demonstravit.¹⁾

1) Hoc loco quam non intellexerit versus quos emendare sibi visus est ipse demonstrat, cum dicit (ad vv. ὡς Ἀθηναίῃ): *This is a parody on the Homeric metamorphosis of Athene into a swallow, and not due to confusion [?] in the mind of the writer. 'The swallow in the guise of Athene.'* Non dico, Minervam Babrio esse Ἀθηναίαν (59, 2), non Ἀθηναίην; nullas enim Minervae esse partes ipsa res clamat adstipulaturque ipsa

Celebrem illam fab. 95, poematum summa arte confectum, his volpis verbis clausit Rutherford (95, 99): „οὐκ εἶχε πάντως“ φησί „μὴ μάτην ζήτει.“ Aenigma te legere putabis, non fabellam. Verum in adnotationem detrusos invenies Athoi versus hos quos legit iam Avianus (30, 15): ποίην δ' ἔμελλε καρδίην ἔχειν, ἥτις | ἐκ δευτέρου λέοντος ἦλθεν εἰς οἴκους. Iam pristinum loci nitorem a critico obfuscatum restitutum esse senties. Simili artificio decurtavit fab. 104 atque fab. 86, quam desinere voluit his volpis verbis σκώπτουσα „μεῖνον“ εἶπεν „ἄχρι πεινήσης“: sed quicumque fabulam pervolgatam narrant verba quaedam adiciunt versibus a Babrio abiudicatis simillima. Denique fabulae 63 ultimum versum πρὸς ταῦτα λοιπὸν αὐτὸς οἶδας ἂν θύσης 'manifeste a Christiano epimythiasta profectum' removit Rutherford: nescio qua ratione verba, quae bene explicasse mihi videor, intellexerit; certe Christiani nihil agnosco.

Quamquam hic versus si deesset, vix desideraretur, neque desiderarentur quod Rutherfordo concedo, 33, 21 sqq.; 88, 2; 95, 14; 131, 16; 134, 17 sqq. Verum quis in his potissimum fabellis delere audebit quae desiderari possunt? Addo quod fab. 33 appendicem similem adiecit iam Phaedrus (de Babr. aet. p. 207), atque quod versuum 131, 16; 134, 17 sq. quamvis corruptorum sermo et ars Babrium potius sapit, quam Byzantinum; certe κύρω iam-

Babrii hirundo, cuius haec sunt verba fab. 148 ἐγὼ παροθένος καὶ Ἀθηναία καὶ βασίλισσα καὶ βασιλέως τῶν Ἀθηνῶν θυγάτηρ κτλ. Magno editionis suae incommodo Rutherford fabularum paraphrases fere neglexit. Sed huic quidem loco etiam lusciniae verba 12 v. 22 μετὰ τὰς Ἀθήνας κτλ. lumen afferunt, quae cum mira Gitlbaueri coniectura μετὰ τῆς Ἀθηναῖς non corruerit Rutherford vera ratione interpretatus esse videtur. Quamquam ipsam poetae sententiam ne verbo quidem explicavit; solet enim in formis verborum inquirendis operam collocare fere nimiam, perexiguam in sententiis aperiendis et illustrandis. Iam igitur vides cur μή με συκοφαντήσης verba, quae lepidissime dicta sunt atque ex intima poetae mente, proscribere ausus sit.

bographis choliambographisque (Herond.) veteribus in deliciis est atque imago illa passeris frigore mortui (Aristot. Pseud. p. 291 R.) adeo non est decantata, ut plerisque sinistre sit accepta (cf. infra p. LXXX³). Ita Rutherfordi hae suspiciones ad irritum revolvuntur paene omnes.

Verum versibus frequentibus deletis Rutherford non fuit contentus: totas fabulas haud paucas a Babrio abiudicavit. Hic illic Christiani interpolatoris fraudem subodorari sibi visus est, veluti in fab. 113 *μάνδρης ἔσω κτλ.* ceteris omnibus acutior *μάνδρα* voce monachum quendam monasteria significasse divinatur; universa fabula proverbium pervetustum enarrari non vidit. Deinde nescio qua artis Babrianae norma usus suavissimam leonis et volpis fabellam 106, cognatam illam leonis volpis et cervae epyllio fab. 95, 'dissimili oratione ac stilo factam atque mala fraude Babrio suppositam esse' firmissime adseveravit (cf. Philol. LIII 227). Verum sales, quibus utitur, non sunt argumenta. Atque ne illud quidem probaverim quod fabb. 8. 65. 73, quas offensione non liberas esse concedo, a primo versu ad ultimum interpolationum instar exprimendas curavit; nam initia tantum vel partes extremae diasceues notas quasdam ferunt; fabulae 8 summam ipse qui in scaenam inducitur "Αραψ Babrii esse testatur, cf. fab. 57.¹) Praecipuum vero quo utitur argumentum a rebus verbisque obscenis repetitur in fabulis admissis; talia enim non decere poetam qui puerum alloquitur (cf. p. XC sq.). Hinc de salsa illa narratiuncula fab. 48 dubitat (cf. p. XLIII); hinc fabulam 40, qua *summa et ima* mutandi proverbium ioculariter illustratur, Babrio 'non volt adiudicare'; hinc responsum eunucho datum fab. 54 mira severitate 'ad Babrium referre non volt' atque simplices versiculos fab. 110, postquam inepta Gitlbaueri coniectura ipse eos inquinavit, ut subobsenos et male lepidos induxit; hinc narratiunculam 116, quam

1) Sales, quales invenies p. 13 adn. et saepius, commentationi severae aspergere non debebat.

frustra iam alii suspectarunt, reicit 'aetatis serioris, ingenii magis corrupti' fetum eam esse ratus — quasi quarto quintove p. Chr. saeculo turpiores hominum mores fuerint, quam altero vel tertio. Ad hanc normam si quis Phaedri et Romuli fabulas quas scholis lectitatas esse certum est velit castigare, is diram faciet *stragem innocentium*. Ceterum in fabulis nonnullis aliud argumentum accedere putat Rutherford: breves syllabas praeter Babrii morem in versuum fine admissas. Cui cur nihil omnino tribuendum sit cum olim significavi (*philol. Anz.* XIV 178) tum accuratius supra exposui p. XLII; scilicet syllabae breves admissae proxime accedunt ad longarum ambitum. Itaque etiam post Rutherfordi conamina teneo quod in dissertatione mea de Babrii aetate scripta contendi: codice Athoo receptas esse fabulas a Babrio alienas neminem adhuc demonstrasse. Qui Babrium aemulati sunt, ii hexametris potius sunt usi elegiisque atque trimetris rectis. Verum ut praeproperas has Rutherfordi coniecturas et suspiciones acerrime impugnandas esse censeo, ita, quod nolim obliviscaris, eodem auctore locis haud paucis formam genuinam me restituisse libenter confiteor. Cf. 28, 3. 74, 10. 95, 60 atque quae ad 9, 3. 36, 5 addendis inserui.

Ceterum et Gitlbauerum et Rutherfordum neglexisse mireris ea, quae de Babrii fabulis novis disputavit vir de Babrio meritissimus *A. Nauck, mél. Gr.-R.* IV (1880) 664. Quamquam nimiae licentiae crimen ne Nauckius quidem ubique fugit. Proposuit enim 130, 7 εὐθέως ἐπῆλθεν, cum ἀθρόως ἐ. Babrio utique dignum sit; 131, 8 ἔργον ἐσθήτων, quae locutio a Babrio aliena; 131, 15 χελιδών vocabuli forma prorsus nova adhibita καὶ τὴν χελιδὼ τὴν λάλον κατοπτεύσας; 131, 18 ὡς ἅμα σεαυτὴν novavit ἅμα vocabulo, cuius loco Babrius ὁμοῦ adhibere solet, praeter necessitudinem pro γὰρ substituto; 134, 17 οὖν σοὶ μᾶλλον αὖ καταστάση coniecit deletis quae omitti non possunt. Idem p. 395 in celeberrima graculi fabula 72, 10 pro (κολοιὸς) γέρον κορώνης υἱὸς verbis male coniunctis rescripsit (κ.) γραίης κορώνης υἱὸς, 'quandoquidem cornix

vetula multo aptius dicetur, quam vetulus cornicis filius neque videtur convenire senilis aetas vano graculo alienarum pennarum coloribus sese ornanti.' Sed cornicis aetas nihil ad rem, graculus foeda senectute turpatus de pulchritudine certans inventum non illepidum. Similia quaedam etiam inter ea invenies, quae olim disputavit de his fabulis restituendis, veluti ex imitatore (infra p. 217) *φηλωθεισα* glossam transtulit in versum bene sanum 95, 5, ubi imagine lepida *θηρευθεισα* (*irretita, laqueis capta*) dixit Babrius (cf. v. 7), vel 106, 15 sermonem rhythmumque audaciorem *νεοδρομω* — *θηρη* hebetavit *ευδρομω* scribendo. Vides igitur, in haec quoque tentamina convenire, quae de poetarum emendandorum ratione a Nauckio adhibita ingeniose nuper disputavit *Th. Zielinski*. Neque tamen in commentationibus illis elegantes quaedam coniecturae desunt vel observationes perutiles, quas grato animo in usum meum converti.

Eodem fere tempore quo Rutherfordus et Nauckius ad fabulas Babrianas retractandas reverterat *Th. Bergk* anthologiae suae editionem tertiam curaturus. Schedae eius per *R. Peppmuellerum* in meum mihi usum sunt transmissae, unde prolegomenon capita nonnulla ad Babrium spectantia edidi *Philolog.* vol. XLVII (I) p. 385 sqq. Ex eisdem coniecturas quasdam petitas esse scito infra receptas, quas neque apud Eberhardum invenies ceterosque neque in altera anthologiae editione vel in opusculis Bergkianis. Alia quaedam, quae ipsa editione recipere non licebat, hoc loco publici iuris facere visum est, ne prorsus perirent tantus vir quae de his versiculis scripsisset; oppressi tamen leves quasdam adnotatiunculas coniecturasque prorsus inutiles festinante calamo fabularum margini adpictas. Acerrimam Bergkius operam navavit fabulis Vaticanis a Knoellio inventis, in quibus mendosos quosdam locos felici manu sanavit, obscuros doctis observationibus illustravit. Mirum vero, quod ne Vaticanis quidem fabulis repertis opinionem abiicit, quam de alterius



THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS

Purchase full membership to immediately unlock this page

FORGOTTEN BOOKS

FULL

MEMBERSHIP

797,885 Books!

All you can read

for only

\$8.99/month

Continue

*Fair usage policy applies



Fab. 21, v. 5: πλείστα δ' ἦν vel γῆς vel πολλ' ἔτη τ' ἀρο-
 τρεύσας.

Fab. 22: μεσαιπόλιος correxit. V. 5: κῆρα γυναικῶν δύο.
 [Eb.]. V. 6: νέον μὲν αὐτῶν? [Eb.]. V. 12: ἔθηκαν ἐξῆς
 τῶν τριχῶν ἀποσπῶσαι. Ad v. 13 adnotat: ἀεὶ γὰρ ἐπιλλό-
 μενος ἐν γε γυμνοῦται scribendum, sed videtur subditicius,
 vid. Bodl. 15. Quae sequuntur ea uncis saepsit.

Fab. 23, v. 8: Fort. ἐκφυγῶν γε τὸν κλέπτην.

Fab. 24, v. 3: χοροὺς εἶχον? [Eb.]. V. 4: εἷς δ' εἶπε..
 V. 7: ὅταν γήμας . .

Fab. 25, v. 7: Suidas ὀκλαστί pro ὀκλαδιστί: duae clau-
 sulae μεγαλωστί, ἰρωστί, νεωστί, δημιωστί — παμπηδονίς, αὐτο-
 νυχιδίς, nam dicebatur ὀκλάδης (Herodian.); nisi scrib. ὀκλάδης
 προπηδῶντων.

Fab. 26, v. 5: αἶ δ' ὡς ἐπεῖδον σφενδονῶντα.

Fab. 27, v. 2: ἐπνιγεν ὑδάτων ἐμβάλων συναγκείη [Eb.].
 V. 7: Recte restitui imperf. [ἀνέωγες,] (sive ἀνῶγες malis);
 Vat. ἀνεωγός.

Fab. 29, v. 2: Malim ἤλασ' ἐ. π. (nam v. 1 praecedit ἀλη-
 τόν) i. e. circumegit, Blümner, Techn. I 40. V. 5: μὴ νέος ἐ.

Fab. 30, v. 9: Ἴδοῦ, pro εἶδεν.

Fab. 31, v. 11—16: Boissonadium sequitur. Exitus sic ei
 videbatur conformandus esse: τὰ περισσὰ κάρφη τὰς ὀπὰς
 ἔ. δ., | μόνοι δ' ἄλωσαν αὐτόθι μυχῶν πρόσθεν. | γαλῆς — ἐλ-
 κούσης Νίκης ἐπ' αὐτοῖς καὶ τρόπαιον εἰστήκει. V. 23. 24
 proscrispsit.

Fab. 32 post γυναικείην interpungit collocans: ἰδὼν δ' ἐκεῖ-
 νος (ἐν μέρει γὰρ ἠλώκει καλῆς γυναικός, ἧς τίς οὐχ ἐκὼν ἦρα;) —
 γαμεῖν ἔμελλεν. V. 9 adscripsit γάμου δίαιτα λέλυτο.

Fab. 34¹⁾, v. 3: κρεῶν τραπέζας τ' ἦγε καὶ πίθους οἴνου,
 scripsi τ' ἦγε, A εἶχε. Ante hunc versum exidisse alium, in
 cuius fine πλήρεις fuerit, Lachmann suspicatus est, at nihil
 desideratur: hic patrii casus usus, qui offendit Lachmannum,
 non infrequens apud Babrium: πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ Homerus
 Od. II 340 dixit, et ad eundem modum δέπας οἴνου, κρητῆρα,
 ἀσκόν: et quod Babrius κρεῶν τραπέζας scripsit, satis tuetur
 quod supra 27, 7 κρεῶν ἄγγος legimus, ut praetermittam Ho-
 mericum XV 507 dispar illud quidem in ipsa similitudine.²⁾
 Rursus Babrius f. 103, 17 πίθοι σύκων στάμνοι τε μέλιτος
 eadem structura usus est neque f. 95, 58 ἀναιδείας ὄφρον καὶ
 μέτωπον sine exemplo scripsit, nam similiter Aristophanes Ec-
 cles. 973 τρυφῆς πρόσωπον dixit, adde Euripidem Phoeniss.

1) Quae sequuntur, in schedula sunt scripta.

2) Addere poterat Plut. de esu carn. p. 993 B, ubi legitur
 νεκρῶν σωμάτων — τραπέζας. Cr.

1496 στολίδα κροκόεσσα ἀνεῖσα τρυφᾶς (vel χλιδᾶς) i. e. κροκωτὸν τρυφερόν, item Sophoclem Antig. 114 λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανός. Itaque neque quae in altera Syll. extant 16, 1 γυνὴ φιλεργὸς καὶ περίφρονος γνώμης vel 39, 2 ἵππος εὐτρίχου χαίτης, Babrio abiudicanda neque hic poeta censendus latini sermonis consuetudinem sectari, nisi forte quis Homerum quoque et Atticos poetas ῥωμαῖστὶ locutos esse crepet.¹⁾

Fab. 35, v. 8: οἷς ἐχθρὸς ὦ παῖ (?), μᾶλλον κτλ.

Fab. 37, v. 7: pro κείνος vel σκῆνος vel τέμενος ci.

Fab. 38, v. 1: Scr. σχίζοντες [Eb.].

Fab. 39, v. 4: pro εἰρηνεύοι tentat παρευθύνοι vel κατευθύνοι; in extrema fabula lacunam esse statuit.

Fab. 42, v. 8: ὃς οὐδὲ ποῖαν ἀνέλκον με γινώσκω vel ἀναδέδνκ' ἐμεμνήμην, vel ἐξεληλύθειν οἶδα (vel ἦδειν).

Fab. 43, v. 6: ἢ τὰ γαῦρ' ἐποπτεύει. v. 10: nisi v. excidit μακρὸν μὲν ἐπέρα. V. 13: κἀνταῦθ' ἔφη . . .

Fab. 45, v. 8: ἰδίας δὲ μακρὰν νύκτ' ἀφῆκε [sed cf. supra p. LI] vel ἰδίας ἀφείσεται μακρὰ λιμώττειν. V. 12: ὁ δ' ἀλόλος στενακτὸς ἦλθεν — vel στέναξε κῆλθεν [cf. p. LVI] — εἰς οἴκους vel: ὁ δὲ στενάξας ἦλθεν αὐθις εἰς οἴκους.

Fab. 46, v. 7: ὁ δ' ὑπ' ἀχηνίης θνήσκει [Eb.].

Fab. 48, v. 5: καὶ νέος vel ἡθ' ἔων παλαιστρίτην [cf. p. LXI].

Fab. 50, v. 15. 16: duplicis recensiois reliquiae, sed discernere difficile: antea v. 16 et 17 cancellis saepsi, nunc v. 15 circumscripsi, hunc excepit versus, qui perit, tum v. 18 ita conformatus: πάντ' ἠεροώμην· καὶ τὸν Ὀρκον οὐ φεύξῃ. Vid. par. Bodl.

Fab. 53, v. 5: ferri potest, si scr. μὲν σοὶ πρῶτα μὴ συνηντήκειν, cf. paraphr. V. 6: inficetus v. nec noscit paraphrasis. V. 8: ἴκοιο, μή πως.

Fab. 54, v. 2: σκεψόμενος, ὁ δὲ τᾶρνειον ἦ. ἀπλ.

Fab. 55, v. 6: ὁ βοῦς δὲ „πάντως“ εἶπεν „ὄσπερ εἰώθει.“

Fab. 56, v. 3 haec tentasse videtur, quamquam vestigia sunt non satis perspicua: ἦλθεν πίθηκος καλλιτέκνος ὡς μήτηρ.

Fab. 57, v. 6: τῶ Δυσάρων [?] ἐπῆλθε. V. 11: ἀνθρώπους ferri potest; προελθεῖν καὶ περᾶν εἰς ἄλλους ἀνθρώπους²⁾

1) Ipse cur haec crepet nescio, neminem enim novi, qui hunc genetivi usum a latina consuetudine repetiverit.

2) Oratione soluta loci structuram illustrare conatur. V. 4 si recte τῶν ὄνων Eberhard scripsit pro codicis τῶν ἀνῶν (= ἀνθρώπων), hoc quoque loco sub ἀνθρώπους talia latere suspiceris. Cr.

vel τόπους et ἀνθρώπους. Coniecit etiam καὶ περᾶν τὰδ' ἀνθρώποις.

Fab. 58, v. 6: Pro πέτεσθαι suspicatur νέμεσθαι.

Fab. 63, v. 12: οἷσθ' ὅτω θύεις.

Fab. 64, v. 4: καὶ τῶν νεφῶν σύνεγγυς ὀρθίη ψάύω *correxī mendosam codicis scripturam σύνοικος ὀρθίη φύω, nam ineptissime pinus σύνοικος νεφῶν dicitur, neque φύω unquam idem est quod πέφυκα.*¹⁾ *Utrumque mendum facili negotio procuravi, cf. infra 65,4: ἄστρον σύνεγγυς ἵπταμαι.* — V. 5: *στέγης τε μέλαθρον εἰμι emendavi traditum Στέγη τε μελάθρων εἰμί, par. ναῶν repperit. Sed praeterea εἰμί valde displicet, quod ferendum oratione sic conformata: τμηθεῖσα δὲ στέγης τε κτλ., neque tamen versum excidisse arbitror; fortasse scribendum: στέγης τίθημι μέλαθρα καὶ τρόπεις πλοίων.* — V. 6. 7: *πῶς δὴ, (τάλαινα βάτος) ἔμοιγε συγκρίνη | δένδρων τοσοῦτον ἐκ πρεπεστάτη πάντων; scripsi; versum 6 in A omissum ope par. Bodl. καὶ πῶς ἐμοὶ συγκρίνη restituere conatus sum [cf. supra p. XIX].* — V. 9. 10: *τῶν προίωνων τε τῶν αἰεί σε τεμνόντων καὶ τῶν πελέκων τῶν αἰεί σε κοπ. scripsi versibus traiectis, id quod etiam Schneidewin suasit: decet enim poetam ὕστερον πρότερον, quod non solum librariorum, sed etiam paraphrastarum utrumque offendit. Praeterea πελέκων restitui, A πελύκων.*

Fab. 65, v. 1: *Variis coniecturis tentatus propter insolentiam prosodiae vocis ταῶ: nam prior syllaba, quae brevis esse solet, producitur, et versus vocabulo perispomeno clauditur, adversante Babrii consuetudine. Variabat multorum verborum accentus, ut grammatici testificantur, neque vero nobis satis de hac diversitate constat. Babrium, qui alias quoque peculiarem prosodiam sequitur, τάω mihi videtur enuntiavisse: productionem satis tuetur constans Latinae linguae usus. Longa autem paenultima alias quoque tenorem retinet, quem ultima sibi vindicat praecedente vocali correpta, velut ξυνήων et ξυνεῶν dicuntur, ὀπάων et ὀπεῶν sec. grammaticorum praecceptum (ap. Herod. IX 50 ὀπέωνες legitur, sed var. scr. ὀπαῶνες emendationem ὀπεῶνες firmat), Ξυπετεῶν, Ξυπετεῶνες grammatici testantur, tituli Ξυπεταίων, Ξυπεταίονες, quod non recte oxytonon esse arbitrantur, item Πορθάων et Πορθεῶν nec dispar λυμεῶν, quae non recte veteres hypocoristicis accensent; ap. Scymnum 462 cod. Ἀλυμεῶνος. Adde quae de Babrii usu ad Syll. II 42, 1 notavi.²⁾*

1) Oppian. cyneg. II 567 φύει (crescunt) -φῦλα indicavit Rth. Aptissime σύνοικος νεφῶν dicitur pinus Cytorio in iugo collocata. Cr.

2) In schedula ad h. l. adnotavit: Vocabuli ταῶς Babrius non solum accentum reicisse, sed etiam ultimam corripuisse videtur: τᾶος, quemadmodum Latine pavo et pavus dicitur.

Fab. 66, v. 1. 2: θεῶν Προμηθεὺς ἢ τις ἄλλος ἦν πρώτων | πρώτον πλάσας, ὡς . . . V. 4: ἐκρέμασε φύρων, φασί, . . .

Fab. 68, v. 2: *f.* μαῖσσον (pro^uπλεῖον). V. 5: χρυσέου τε κυλλώσας τόξοιο νευρήν [*Eb.*].

Fab. 69, v. 1. 2: *fuit* κύων λαγῶν . . . θάμνον ἴδιονεν. Cf. 87, 1. [Nulla causa cur alter locus corrigatur ex altero].

Fab. 70, v. 2: περιῆν ἅπασιν? V. 3: ἦν παρῆξ (παρεῖς)? V. 5: ἔπεται δ' ἐπ' αὐτῆ. *Xenoph. Cyr. V 5, 37.* — V. 7: *Bodl.* προέλθοι *i. e.* προσέλθοι

Fab. 72: *fuit duplex recensio. Vid. Bodl.* — V. 4. 5: καὶ πάντα θεῶν ἔσχευ ἕμερος κήπων, οὐ ἴσταζε . . [de asyndeto cf. 47, 5]. V. 14: τοῦ ταῶ κρείσσων. V. 15: κἄνπαρεῖχε . . V. 17: τῶν πτεροῶν. V. 21: ἔφεδρος *praefero.*

Fab. 73, v. 1: κλαγὴν εἶχεν.

Fab. 74, v. 9: μερίσαντες αὐτῶ τῶν ἐτῶν, ἀφ' ὧν τ' ἔζων *i. e.* καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτῶν βίου, *annos et mores.*

Fab. 75, v. 7: τὴν αὐτῆ. γὰρ μὰ θεὸν οὐχ ὅ. V. 9: ἐκ πόνων ἀνασφήλας. Cf. 78, 3 [At 78, 3 in ipsa similitudine nimis diversus].

Fab. 83, v. 1: κριθάς τις ἵππου πᾶσαν ἐσπέραν κλέπτων *lacuna non indicata.*

Fab. 85, v. 2: *Par.* δήμω. V. 3: στρατηγός. αἰεὶ δ' ὡς μάχης [*Eb.*]. *Praeterea in ed. Eb. ὁμότροπον (ὁμόχροον) [ad versum 8 ni fallor] ascriptum invenitur.*

Fab. 86, v. 4: *f.* νῆστις δ' ἀλώπηξ . . V. 8: ἄχρι πεινήσης *librarii supplementum, scrib. μείνον* — ἡσυχος ταύτη· οὐκ ἐξελεύση *vel ἡσυχος τρώγλης (-η?)*.

Fab. 88, v. 2: *alienus, fort. aliud fabulae exordium:* κορυδαλλὸς ἦν τις πρὸς τὸν ὄρθρον ἀντάδων. — V. 6: ὡς ξανθὸν ἦδη τὸ θερος.

Fab. 95, v. 4: εἰ θέλεις με συσώζειν? [*Eb.*]. V. 5: *f.* πεινῶ γὰρ ἐλάφου καρδίης τε καὶ σπλάγχνων, *nisi post v. 9 excidit versus. [egregie fallitur, cf. p. XVIII].* V. 10: *f.* ὑπ' ἀγρίαις πεύκαις. V. 21: *f.* γάυρη μὲν εἶδός ἐστι, πόλλ' ἔτη ζῶει. V. 40: *f.* οὐάς. V. 41: *f.* διαχθεῖς. V. 63: καί τι τλῆς ἐμοὶ γρούξαι (*vel καί τι τολμέης γρούξαι*). V. 85: ἐχθρὸν οἶδεν, v. 86: τίθησιν ὁ λέων. V. 90: αὐτίκ' εἶχε [*Eb.*]. V. 94: κάπτει πεσοῦσαν. V. 97: *f.* μόνην πρό γ' ἄλλων *vel μόνην περ, sed in ed. Eb. Soph. Phil. 183 laudavit.*

Fab. 97, v. 8: πρὸς θυμάθ' (δ') εὔρε μηδὲν κτλ. [*Athoi lectio tabulis ceratis confirmata*].

Fab. 98, v. 7 sq.: ἠλίκους δ' ἡμῖν φαίνεις ὀδόντας; τίς — περιλαβεῖν, τίς δ' ἰδοῦσα μὴ κλαῦσαι; *e par.; nam οὐ κλαύσει erat dicendum.* — V. 10. 11: πρὸς ταῦτα δὴ σκόπησον, εἰ γάμου

χρήξεις, ὅπως σὺ μὴ θῆρ, ἀλλὰ νυμφίος γίνῃ: *aut versus excidit*. V. 16: ῥοπάλοισιν ἢ λίθῳ τις . . [cf. supra p. LXI].

Fab. 100, v. 2. 3: ποῦ τραφεῖς οὕτως | μέγας τ' ἐγένετο σῶμα, sed in ed. *Eb.* μέγας καλός τ' ἐγένετο adscripsit [cf. supra p. LXI]: ibidem v. 9: τὴν τροφήν ταύτην scribi postulat.

Fab. 102, v. 8: *f.* τῶγάγρω? [at in ceteris quoque nominibus articulus omissus est]. V. 9: *aut ἦγεν (M) aut εἰρήνη. Haec breviata, vid. par. . .* κύων λαγωῶ· πάντα δ. εἶ. εἶ. ὁ πτώξ [λαγωός] τότε εἶπεν· ἀλλ' ἔγωγ' ἰδεῖν τ. *Sin servas, sequendus Eberh.* [Immo Bodleianus interpolationis est suspectus, cf. p. XIX. XX].

Fab. 103, v. 10: γῆρας τε? V. 19: ἅ μοι δείξεις [*Eb.*].

Fab. 105, v. 4: ἅ. ἀφείλον τοῦ μὲν ἐξεκεράγει.

Fab. 106, v. 3: ὁμοτρόφων φυήν [*Eb.*]. V. 10: *f.* συνωμίλει. Cf. 95, 3 [locus nimis diversus; refragatur v. 106, 11]. V. 15: Ὁ παρεῖχεν ὁ λ. νεόδροπον λαβῶν θ.

Fab. 107, v. 6: ἐπιψάσει (vel -άσαι = ἄν c. opt.). V. 7: *Bodl. legit opinor ἀλείψον, sed neque hoc neque ἀμειψαν aptum, teneo ἀμυσχωῶν.* — V. 8: *Paraphr. f.* καιρίως. V. 9: *hoc tueor vel παρεῖνε . . ζώειν.* V. 10: χρόνῳ δ' ἀγρευταῖς, *vid. Par.* V. 12: κἀνταῦθα βλέψειν φῶς ὁ θῆρ ἀπεγνώκει [interpolata correxit].

Fab. 108, v. 16 plura tentando polire conatur; ac primum scripsit: σῖτον, ἀλφίτων πήρην, postea: ποῦ μὲν ἄλφιτ' ἢ πύρνα vel ἄλφι, ποῦ δ' ὄμπνη vel σῖτος. V. 19: ὁ δ' ὡς ἐτέρωθεν πᾶσι κῆπαρ ἰάνθη. V. 24: ὁπῆθεν ἐκκύψας. V. 27: οἱ δ' αὖτις ἐκρύβοντο (ἐκρύπτοντο)? V. 28: πεινῶν περ εἶπε ταῦτα· (εἶπε τοῖα in *Eb.*)

Fab. 111, v. 3: *f.* εἶναι, πρίασθαι. V. 7: ῥᾶον δ' ἀνέστη. V. 14: τέχνην γὰρ ἐπενόει. V. 16: ἀπὸ τῆς θαλάσσης. V. 17: διῆλθε τὸ ρεῖθρον vel προῆλθε τοῦ ρεῖθρου vel τῶν ρεῖθρων vel ὡς προεῖδε, τῷ ρεῖθρῳ ἐκὼν κατέπεσεν. V. 21: *Tueor: clausula haec necessaria.*

Fab. 112, v. 1: *malim Mūs* ἔδακε ταῦρον, *ne pedes tribr. duo continuentur, sed cf. 36, 4.* V. 3: ὠρυσσεν ἐκτός [*Eb.*]. V. 7. 8: κοῦκ ἔχων ὃ ποιήσει διεστροβεῖτο; pro quo διεπτόητο in *Eb.* adnotat.

Fab. 113, v. 4: *corrig. ex Par.* (pro ἡμιν) vel εἶσω vel ποίμνη.

Fab. 115, v. 4: ἦξιεν αἰετός κηῦδα in *Eb.* [αὐδῶ vocis exempla apud B. frustra quaeres].

Fab. 116, v. 10: μηδ' ἐγγαλῶν τι. *Vat.:* μηδὲν χαυνῶν, *Knoell:* μηδὲν χαλῶν τι V. 12: ἐν δόμοις ἄδειν. V. 14: V. ἦδ', *recte Lachm.* χῆδ'. V. 16: pro ἐπιχαίρειν tentat ἐπιχαίνειν.

Fab. 117, v. 2: ἀδίκως ἔλεγε in *Eb*.

Fab. 118, v. 6 ante v. 5 collocandum et hoc versu πτε-
ρίσκων πορφυρῶν emendandum esse suspicatur.

Fab. 119, v. 1: *vel* ὦν λιπερνήτης. V. 11: Αἴσωπος ἐν-
έπλεκεν μύθοις? V. 14: *f.* αὐτὸς ὠφεληθείης.

Fab. 122, v. 7: *f.* εἰρούσσαις.

Fab. 123, v. 1—4 ita corrigendum significat: ὄρνιθος —
τικτούσης | ὁ δεσπότης θησαυρὸν ὧσε εὐρήσειν. [Reli-
qua oppressi; v. 2 a tabulis ceratis non multum abest, sed
v. 3 sqq. Minae ineptiis seductus a veritate longe aberrat].

Adnotationes quasdam schedulis inscriptas, quae ad
fabulas Vaticanas potissimum spectant, dignas esse censui
quae fere integrae typis describerentur; nudas librorum
lectiones et quae sunt similia omisi, addidi nihil. Cete-
rum insunt inventa quaedam quae ipse olim proposueram
(cf. adn. ad fab. 1 [131], 5; 6 [134], 9; 7 [130], 3;
4 [125], 6 etc.), sed nolui ea opprimere; gratus enim
hic assensus.

Vat. Fab. 1 [131]: altera est recensio apologi, cuius priorem
speciem prodidit Syll. II 50. V. 2: καταλελοίπεεν μούνην scripsi,
quemadmodum ἦδεε *vel* ἦδεεν est apud Homerum. Ceterum
v. 2 et 3 fortasse traiciendi. — V. 4: ὁ Μεχειρ ἐξέδυσε καὶ
ταύτην correxi cod. scripturam ἡ χεῖρ ἐξ. καὶ ταύτης. Μεχειρ
sive Μεχιρ sextus Aegyptiorum mensis (= 26. Jan. — 24. Febr.)
ver novum agit, hinc in Anth. Pal. IX 383 σημαίνει πλωτῆρσι
Μεχειρ πλόον ἀμφιπολεύειν. Ptolemaei παραρηγμα Μεχ. γ' (7. Febr.) Αἴγυπτίοις .. εἶαρος ἀρχή. ζέφυρος ἀρχεται πνεῖν, καὶ
ἐνίοτε χειμῶν. item κθ' (23. Febr.) Αἴγυπτίοις . . . χελιδῶν
φαίνεται καὶ ἀνεμώδης κατάστασις, quae prognostica inferiorem
Aegyptum attinent, et Alexandriae rem a Babrio enarratam
agi verisimile est, ut emendatio proposita nulli sit dubitationi
obnoxia. Varia sed improbabilia molitur Eberhard suspicatus
damnum aleatorium commemoratum esse, cuius infra v. 10. 11
fit mentio: neque vero decebat poetam praeter necessitatem eadem
sensa iterare. — V. 5: πρὶν εἶαρος γὰρ καταλιποῦσ' ἄνω Θήβας
emendavi, V πρὸ εἶαρος γὰρ λιποῦσα κάτω Θήβας . . . Thebas
Aegyptias dici manifestum, nam hirundines hieme adventante
Libyae oras petunt, ut est in Anacreonteis χειμῶνι δ' εἰς ἄφαν-
τος ἢ Νεῖλον ἢ 'πὶ Μέμφιν. sed cave κἄτω Θήβας scribas; epi-
theton necessarium, neque vero κἄτω convenit, itaque correxi
ἄνω, quemadmodum graecos homines Alexandriae degentes ap-

pellavisse illam civitatem consentaneum est.¹⁾ πρὶν εἶαρος componas cum Pindarico πρὶν ὄρας, recentiores hanc structuram frequentant. — V. 6: ἐκπεσοῦσα τῆς ὄρας praematurum adventum hirundinis significat, cf. Babrius 12, 5 ἐκπεσόντα τ ὄ. de Ityli immatura morte. V. 8: εἰμάτων praefero quod coniecit Knoell, V ἐσθήτων. V. 9: ἰδού, χελιδῶν ἦδε· καῦμα σημαίνει. distinxi, σημαίνει solito more impersonale est. cf. picturam vasculi (Annal. Inst. Arch VII 238) ubi qui primam hirundinem conspiciunt, haec fabulantur: ἰδού, χελιδῶν; Νῆ τὸν Ηρακλέα. Αὐτῆϊ Ἔαρ ἦδη. — V. 11: ἐσυλήθη scripsi, V ἐνικήθει, quamquam etiam ἐληίσθη, quod Hesych. ἐληστεύθη interpretatur, suspicari possis.²⁾ — V. 13: τε scripsi, V δέ, cuius voculae iteratio parum commoda. — πνικινῆς scripsi, V καινῆς, quod ab hoc loco alienum, idem suasit Eberhard, sed praeoptavit χλαίνης, idem praeter necessitatem τότε αὖ scripsit. — V. 15: αὖ κατοπεύσας scripsi; αὖ quod inserui convenit, nam iterum conspexit hirundinem mortuam, quam antea vidit circumvolitantem (v. 7). V. 16: ὡς σαθρὸν θροῖον, i. e. caducum folium quamvis dubitanter scripsi, V ὡς στρουθίον, sed inepta ista pusillarum avium comparatio³⁾, Knoell audacter novavit πεσοῦσαν ὡσπερ στρ. τι τῷ ψύχει.⁴⁾ V. 17 τάλαιν' ἔφασκεν scripsi, V τάλαινα εἶπεν, Eberhardt φησὶν substituit.⁵⁾

